laxa frigida ⁊ hūida vltra debitum nō bene assi-
mulata in pimis q̄litatibus. nec secūdis cadenti-
bus ex illis vt in duricie ⁊ mollicie. nec ꝓpt̄ hoc
potest dici ꝙ in yposarca sit lepra. 6. de morbᵒ in
caᵒ. 4. ꝑte illa. Multe q̄q̄ spēs vbi dicit Gal̄. ꝙ
nutritiua potest errare in q̄litatib⁹ pimis ⁊ scd̄is
⁊ nō erit lepra nisi sit error in forma subali nutri
mēti cū carne: vt quādo gn̄atur caro gn̄ulosa cor
rupta. Idem declarat. 3ᵒ. de morbo. c. vltio in fine
loquēdo de ycterícia q̄ fit sine fluxu suꝑfluitatis
colerice ad cutim vt fit in q̄busdā ycteric̄ ratione
sanguis eis ꝯnaturalis rōnē regiōis: vt in q̄bus
dam insulis fit vt in sardinia: ⁊ tm̄ ibi nō ē lepra.
Ista latius tibi explicaui in expōne tertij de mor
bo super eodē loco. ¶ Alia est spēs ydropisis q̄ *Asclites*
dicit̄ alchites. cuius causa matialis ē aquositas
multa cū modica vētositate rōne hūiditatꝫ epatꝫ
subintrātꝫ ꝯcauitates ventris potissime duos me
atus vmbilici illum ꝑ quē mingebāt: ⁊ illū ꝑ quē
recipiebāt nutrimētū in vtero matno. Et ꝑ viaz
resudatiōis multiplicat̄ in modū sudoris in con
cauitate vētris inter cifach ⁊ mirach. imo resuda
tiue cadit suꝑ intestina timētes partes illas: dic̄
Raß in suo cōtinēte ꝓpt̄ qd̄ quādo diu processit
est incurabilis: ista talis aq̄sitas cū illa ventosi-
Tympanites tate generat̄ in epate vicio epatis: puta ex debi-
li generatiua sanguinis in eo. v. de interioribus
c. penultio. Ista tal' debilitas generatiue sangui
nis in eo interdū habet originē a seipo. aliquan
do a splene: aliqn̄ a renibus a seipo vt qn̄ a gn̄a
tione est rarū debile in sui natura vt sunt haben-
tes longos digitos. vel habet vias gibbi satꝫ stri
ctas vicio informatiue proprie que de facili a cā
modica opilātur. Dicit Raß in suo cōtinēte. Iō
adueniente 3ᵃ etate vel circa de facili manifestā
tur ista: quia virtutes incipiunt declinare. ideo a
causa modica opilantur in gibbo epatis ⁊ gn̄a
tiua sanguinis ⁊ talis aquositas multiplicatur
⁊ sic ydropicantur: ꝓpter qd̄ sunt plures ⁊ plu-
res qui vicio parentū ⁊ generis ydropicant̄ cir-
ca. xl. annū. hoc vult Raß. in suo cōtinēte ⁊ d̄ fa
cto videmus. Aliquādo tale viciū gn̄atiue. ⁊ mul-
tiplicaᵒ talis aq̄sitatis habet originē a splene q̄r
nō bene attrahit illam feculentiā sanguinis. Iō
ipm epar paulatim grauatur ⁊ debilitatur ⁊ ꝑ
ꝯn̄s fit generatio talis aquositatis cū portiōe vē
tositatis. Aliquādo tale vicium generatiue san-
guinis ⁊ multiplicatio talis aquositatis habet
originē a renibus: quia debiles in eoꝝ natura a
generatiōe vel a tempe ꝓpter coytū vel casuz nō
potētes bene attrahere aquositatē a venis ⁊ ab
epate ꝑ illos duos meatus qui cōtinuātur cū ve
na cōcaua post exitū eius a gibbo. Dic̄ Raß in
suo continente vel q̄a illi meat⁹ sunt opilati. Et
subdit ꝙ si attrahāt ⁊ sint fortes ⁊ v̄tuosi expel-
lunt ad vesicā qd̄ si nō talis aquositas regurgi-
tat ꝑ venas suꝑius in totum corpus ⁊ epar ne-
cessario replet̄ ⁊ debilitatur. ⁊ sic talis aquositas
multiplicata ⁊ nō retracta ab ipis necessario re
gurgitat ad viā vmbilici ꝑ quā mingebat in vte-
ro materno ⁊ adhuc mingeret si nō eēt ꝯsolidata
dicit Raß in suo ꝯtinēte. Vidi aliq̄s ydropicos
multū inflatos q̄ audiētes ista fricabāt ⁊ scalpe
bant se tm̄ in vmbilico vsq̄q̄ aperiebāt ipm ⁊ v-
rinabāt ꝑ vmbilicū viuebāt ꝑ tēpus ⁊ nō multū
q̄a epar erat in eis multū debilitatū. Ideo fiebat
cōtinua regeneratio illius aquositatis in finali-
bus moriebātur. Similiter talis aquositas mul
tiplicata cum hoc regurgitat ad viam vmbilici
ꝑ quā veniebat nutrimētū ad ipm epar in vtero
materno: nam ibi sunt illi duo meatus. Dicit raß
in suo ꝯtinēte: ⁊ talis aquositas ex̄ns in ill' mea
tibus multiplicatur ꝑ viam resudatiōis in cōca
uitatē vētris inter cifach ⁊ mirach. imo cadit sic
super intestina per viam resudatiōis vt dic̄ Raß
in suo cōtinēte. Alia est spēs ydropisis que dici
tur timpanistes. Cuius causa matial' est vento-
sitas multa cū pauca aquositate rōne siccitatis
epatis que originē habet cōmunit̄ in stomacho
dicit Raß in suo cōtinēte. verum non perficitur
ydropisis vsq̄q̄ materia generet̄ in epate: ⁊ mul
tiplicetur in illis vijs dictis vmbilici. nam in hoc
cōueniunt oēs antiqui ꝙ oīs species ydropi
sis causatur ⁊ generatur ex nocumento accidē-
te in virtute generatiua sanguis in epate. v. d̄ in
terioribus. c. penultio. 3ᵒ. de morᵒ. c. 3ᵒ. 2ᵒ. ꝓnosti.

tometo pmo. Idē vult Auic. 3°. can̄. in c. pprio. bene ergo ↄcluditur ꝙ ydropisis est tumor ventris vel mēbroꝝ corporis vt est dictū in pncipio. c.

Primo tu q̄res que est causa immediata efficiēs ydropisis. Videt̄ ꝙ bonitas digestiue epatis sit causa imediata idropisis bonitas digestiue epatis cū cal. tēpato est causa immediata efficiēs gn̄atiōis sanguinis ⁊ aquositatis ex re q̄ bibit̄: igit̄ erit causa efficiens immediata ydropisis. an̄s est Auic. p° can̄. doc. de hūoribus in c. 2°. ↄn̄a tenet: quia si talis aq̄sitas fluat ad meatū vmbilici per quē fluebat in vtero materno causabit̄ ventris tumor ⁊ ydropisis: ⁊ si ad mēbra causabit̄ yposarca dicit Rab. i suo cōtinente. ❡ Scdo pbo ꝙ malicia ⁊ error digestiue epatis sit causa efficiēs immediata textu Ga. v. de interioribꝫ in c. penultimo. Idem dicit 3°. de morbo in c. 3°. Idē dicit. 2°. pnostic̄. cōmto pmo. Idem dicit Auic. 3°. can̄. c. pprio. ❡ Tertiō pbo ꝙ opilatio venarū gibbi epatis sit cā efficiens immediata textu Ga. v. de interioribꝫ. c. penultimo. Vbi videt̄ dicere ꝙ est causa conīūcta ⁊ mater ydropisis quia est causa talis situs aq̄sitatis in vijs vmbilici. Idem sentit Auic. in loco allegato. ❡ Vlterius pbo ꝙ malicia ⁊ error expulsiue naturalis epatis sit causa efficiēs immediata ydropisis: quia talis v̄tus cum malicia sui ⁊ errore actiōis: impellit ma̅tiam aq̄sam in vijs vmbilici ⁊ inter cifach ⁊ mirach ex quo non pōt expellere ad venas corporis: igitur erit causa imediata efficiens ipsius ydropisis. an̄s notum ē, pꝑter causam dictā: ⁊ ↄn̄a nota qꝛ ydropisis q̄ ad eius duas species est tumor ventris rōne ma̅tie aquose interposite. ❡ Vlterius pbo: ꝙ mala attractiua renū sit cā imediata ipsius intētiōe Ga. v. de interioribꝫ in c. penultio. Dicit ꝙ si nō faciunt officiū suū illa aq̄sitas remanēs circa epar regurgitat in vijs vicinis causans tūorē. Idē dicit Rab in suo cōtinēte. ❡ Vlterius pbo ꝙ mala expulsiua venarū sit causa imediata ipiꝰ textu Rab in suo cōtinēte vbi dicit ꝙ qn̄ renes attrahunt ⁊ sunt v̄tuosi ⁊ fortes expellunt illam aq̄sitatem ad vesicā. ⁊ si debiles tūc vene expellunt illam aquositatē ad vētrem ⁊ causatur alchites: aut expellunt per totum corpus tunc causat̄ yposarcha seu ydropisis carnosa. ❡ Dicendū ad pulchram dubitationē. ⁊ aduerte qꝛ ma̅tia alta est. Quid sit ydropisis dictum est. Unde loquendo de causa efficiēte immediata ydropisis: possumꝰ intelligere de cā efficiēte immediata talis ma̅tie aquose, Vel de causa efficiente immediata situs talis maᵉ in vijs ill' vmbilici ⁊ inter cifach ⁊ mirach vel in alijs mēbris in flātis ⁊ tumētis partes illas. Unde causa immediata ⁊ efficiens generationis talis materie aquose est ipsa digestiua. 2ᵃ i epate. sc3. generatiua sanguinis male generans ⁊ errans in sui actione puta in tali gn̄atione: nam deberet generare bonum sangumem ⁊ generat aquositatem nitrosam perviam indigestionis ratione alicuius male complexionis puta calide vel frigide. pꝑter quod textus intitulāt causam talem nomine accidentis seu actiōis lese qm̄ dicunt ꝙ causa talis est error gn̄atiue sanguinis. istud est actio lesa: ⁊ actio lesa non generat maᵃᵐ: sed virtus cum actione lesa fuit locuᵉ transferentium de lingua arabica in latinam. Et nō est vera locutio nec propria nisi intelligeret̄ vt dictum est. Verum aquositas generata cum sanguine naturaliter ex bonitate digestiue epat̄ si retineatur pꝑter opilationes venarum gibbi epatis. vel propter debilem attractiuam ⁊ expulsiuam renum poterit esse causa materialis ydropisis incipientis firmari vt est dictum seu illius qui est in neutralitate decidēᵉ ad ydropisim ꝺ. locutōe cōmuni sit generatiua sanguinis non errans erit causa efficiens immediata generatiōis ma̅tie ydropisis incipientis firmari que multū retenta causis iam dictis generatur lapsus ad caliditatem in ipo epate rōne opilatiōis firmate ⁊ regurgitationis ad ipsum epar talis aquositatis nitrose: propter qꝺ epar ledet̄ in generatiua sanguinis ⁊ dicta ydropisis firmabitur ⁊ etiā ydropisis erit firmata ⁊ permanēs: quia talis ma̅tia notabilit̄ fluet ad partes vmbilici. ❡ Scdo dico ꝙ causa efficiens immediata sitꝰ talis materie in vijs vmbilici iam dictis inflātis ventrem ⁊ tumentis ⁊ per consequens facientis ydropisim ē malicia expulsiue epatis ratione opilationis venarum ⁊ viarum gibbi epatis que causa est vt plurimū propter quod dicūt actores ꝙ illa opilatio mater est ydropisis: nam talis virtus si eēt regulata expelleret ad venas corporis talem aq̄sitatem ⁊ non facit quia non potest ratione illius opilationis: quia vie non sunt prompte Vel illa superfluitas aquosa ꝙ quia non expellitur ad venas transcurrit ex sui natura: quia liquor ad meatus vicinos potissime ad assuetos in vtero materno ad vmbilicum ⁊ ad spaciositatem illā que est inter intestina. verba sunt Rab in suo continente. Illa duo possunt cōcurrere nam expulsiua grauata in epate expellit̄ ⁊ talis superfluitas qꝛ liquor currit ad meatus vicinos ⁊ patos. Aliqn̄

talia: fiunt ratione multitudinis talis aquositatis ratione regurgitationis ipsius per venas ad partes epatis ratione debilitatis renum non attrahentium illam modo debito vel non expellentium ad vesicam. dato quod illam attraxerint: hoc vult Rasis in suo continente. Ista duo possunt reduci ad unam causam in genere: quia ad opilationem gibbi epatis ratione qualis vel ratione quanti. Ista talis opilatio vel talis est causa potissima et coniuncta situs talis materie facientis tumorem ventris et per consequens ipsam ydropisim alchitem et timpanistem propter quod intentio fortior in curatione harum specierum erit aperire opilationes gibbi epatis et provocare urinam cum alterantibus et confortantibus ipsum epar ut dicit Rasis in suo continente. Et sic patet dubitatio.

Secundo tu queres. Ex quo generatiua sanguinis in epate errans in actione sua ratione alicuius male complexionis est causa immediata efficiens talem materiam dictam. Tu queres si mala complexio frigida sit semper et necessario causa efficiens instrumentalis immediata generationis talis materie aquose ipsius ydropisis. videtur quod sic intentione Auic. 3°. can. ca°. proprio circa principium: ubi dicit quod egritudines complexionales epatis faciunt ydropisim cum gradatione resolutionis caloris eius naturalis vel eius extinctionis. propter quod concluditur per omnes exponentes intentionem Auic. quod causa immediata talis erroris digestiue epatis in ipsius ydropisi sit frigiditas seu mala complexio frigida epatis. Arguunt sic moderni nostri credentes demonstrare in materia: quod causatur per viam resolutionis caloris naturalis vel eius extinctionis. Illud necessario causatur a mala complexione frigida epatis sed ydropisis est huiusmodi ergo etc. maior nota est de se. minorem declarat littera Auic. per eos: quia mala complexio calida epatis resoluit calorem naturalem et mala complexio frigida extinguit calorem naturalem. Concludunt ex hoc quod necessario mala complexio frigida epatis erit semper causa talis erroris generatiue sanguinis et generationis talis materie ydropisis. Istam ratio quia apparens et male intellecta facit errare modernos in materia. ¶ Tertio arguitur sic intentione Ga. 6°. de morbo in c. 4°. ubi dicit quod mala complexio calida calidos morbos generat et coleram. frigida frios et materiam flaticam vel aquosam. Sed omnis materia ydropisis est frigida cum sit aqua et ventus Concludo igitur quod mala complexio frigida semper et necessario erit causa immediata instrumentalis generationis materie ydropisis. Gordonius gueraldus super viatico et omnes moderni communiter sunt de ista opinione facientes fundamentum in textu Auic. dicto male intellecto ut patebit. ¶ In contrarium arguitur textu Ga. 6°. de morbo in c. 5°. ubi dicit quod caliditas aliqualiter excedens causat nebulam: sicut frigiditas aliqualiter excedens Arguitur ratione sua in textu sicut est in exterioribus ita est in interioribus nostri corporis. Istam ponit in littera: sed sic est in exterioribus quod caliditas aliqualiter excedens est causa nebule et aquositatis ut patet in medio veris et autumni multum excedens non ut in estate. ergo sic erit in interioribus nostri corporis quod caliditas aliqualiter excedens erit causa generationis materie frigide puta aquositatis in ydropisi. ratio est Ga. in loco allegato. ¶ Secundo arguo ex textu rasis in suo continente dicit quod firmum est et certum quod aquositas sanguinis in ydropisi est cum calida complexione epatis preterea quia abundanter dissoluit ex chilo et eleuat fumum aquosum de chilo quia humidus. Et subdit noli obscultare illos qui dicunt quod ydropisis semper indiget calefactione et desiccatione: quia vidi plures ydropicos sanari cum infrigidatis quod non fieret si mala complexio frigida esset causa semper et necessario generationis talis aquositatis. ¶ Tertio arguitur sic: intentione Ga. 5. de interioribus in c. penultimo. stante flone calido in epate generatur materia ydropisis: igitur mala complexio calida erit causa immediata generationis talis materie aquose consequentia tenet aliter mala calida egritudinalis et mala frigida stabunt simul quod fieri non potest: quia tunc vel esset equaliter vel inequaliter. Si equaliter tunc resultaret temperamentum. Si inequaliter solum erit ibi unus solus lapsus. hoc est bene improbatum in primo de morbo. Dilatatio et constrictio pororum simul stare non possunt. nec hoc est credibile ut dicit. 2°. de morbo: quia caliditas remissa non facit morbum sed intensa: ideo simul stare non possunt. ¶ Quarto arguitur sic. quod est causa nocumenti contentiue est causa diminute actionis digestiue et medie concoctionis obi digestiue. patet per Ga. 3°. de morbo ca°. 3°. Sed excedens caliditas epatis vias rarificando et aperiendo est huiusmodi. concludo igitur quod mala calida epatis est causa immediata instrumentalis aliquando ipsius ydropisis. ¶ Dicendum ad dubitationem plures modernorum tenent se cum primis motiuis propter malum intellectum textus Auice. nam ipsi intelligunt quod ad resolutionem caloris naturalis semper et necessario introducatur mala

complexio frigida qd nō est verum: quia tūc omnis febricitans fe. ethica vel putredinali haberet malā complōnem frigidā in corde. consequēs est falsum nō est dicendū. Unde calor naturalis interdum extinguitur tunc mala complō frigida introducitur extinguens et mortificās sic cōtrarium extinguit et mortificat contrarium. Intērdū calor naturalis resoluitur vt in fe. et discrasijs calidis quia spūs naturales et tēpati resoluūtur pro magna parte cum ista resolutione nō stat mala complō frigida sed mala calida. Numqd in fe. est calor. compositus ex naturali quasi resoluto. et ex accñtali Auerrois. 3°. collecto. Et ibi est pauc9 calor naturalis licet sit aliqualis realiter nō formaliter quia temperies corrupta est: causa est quia aliter natura non curaret morbum nisi aliqd remaneret de calore naturali et instrumēto nature. Uerum quia vltimū habet rationem forme. 3°. de mor°. c. pmo. totus formaliter ē preter naturā quia mutatus in igneum. propter quod dic Ga. in libello de mala complōne diuersa in ca°. 3°. q̄ hoc est cōmune omniū male cōplōni diuerse q̄ in membro vbi est non est vna cōplō immo sunt due realiter: licet sit vna formalis: sic patet fundamentum opionis modernorū esse nullū propter falsum intellectum dictorū auic. quia aliquando mala complō calida est causa generationis tal' aquositatis in ydropisi. immediata instrumentalis: aliquando mala frigida: licet omis causa materialis ydropisis sit frigida fm plus et minus: quia magis salsa vel min9. Sic intelligebat ga. in pronosti q. Omis ydrops ex frigidis caus na scitur. Intelligit quo ad causam illam materialē ¶ Ad aliam rōnem mala cal' calidos morbos generat. Uerum est de per se per accidens debilitando contentiuam vel per viam effumationis excessiue eleuat vaporem et nebulam vt est dictū intentione Rasis et Ga. in textibus adductis. et sic patet materia declarata.

Tertio tu queres ex quo mala complexio calida et frigida epatis sunt causa generationis diuersarum specierum puta alchitis et timpanistis qualiter aquositas et ventus simul generantur ab eodem agente et ab eodem obiecto. ¶ Soluit Ga9. 2°. de complōnibus circa finem. Idem dicit Gilbertus in ca° proprio. q̄ hoc est ex natura ciborum. nam partes ciborū etherogeneitatem habent in se aliqualem Nam alique partes cibi sunt magis frigide humide grosse tales euaporant et cedunt magis in vaporem humidum aquosū: quia quod deciditur ab alio attestatur ei a quo deciditur pmo amphorismorū. ¶ Et alique partes cibi sunt magis aeree et sicce tales euaporant et tendunt magis in vaporem siccum per rationem dictam: natura agentis puta calor talis vel talis in tali membro minus. vel magis humido facit ad hoc vt latius declarabitur in quesito sequenti.

Quarto tu queres Quare in quibusdam qui ydropicantur de calida causa vl' de frigida plus generatur de aquositate et minus de ventositate in quibusdam fit econtrario et sic fiunt diuerse species ydropisis. ¶ Dicendum q̄ licet natura ciborum faciat aliquid ad hoc vt est dictum statim fm q̄ est siccus vel humidus. effumatio tamen eleuata a chilo recepto in concauo epatis principalius limitatur et diuersificatur ex complexione et ex discrasia epatis: quia calida et sicca magis effumāt in ventum. Calida et humida in aquam. Rasis in suo continente. Propter quod corpora calida et sicca melancolica cōmuniter incurrunt timpanisten minus siccā. vel aliqualiter humida alchitem. hoc vult Rasis in suo continente. Et hoc videmus de facto. Et ratio dicti est quia caliditas euaporās et eleuās fumū licet de se acuat et subtiliet fumū. magis tamen vnita cum siccitate seu in membro sicco ex sui natura: propter quod in talibus plus de vento generatur q̄ de aqua. Contrarium fit in alijs.

Quinto tu queres que species ydropisis sit deterior: intelligēdo q̄ particularia concurrant q̄ vtraqz sit cum apostemate vel sine. Uidetur q̄ yposarcha sit deterior. q2 complexio totius corporis in ea magis corrumpitur quia epatis venarum et carnis. Hoc dicit Rasis in suo continente auctoritate Iohānicij Item fit magis cum disconuenientia particularium: quia communiter fit a causa frigida. Alia communiter a causa calida. ¶ Item mafia yposarche magis occupat totum corpus. hoc notū est. consequentia nota: quia plura membra leduntur. ¶ Postea probo q̄ timpanistes sit deterior quia fit a maiori lapsu quia a maiori calor quarto amphorismorum cōmento illius. Quibuscunqz tortiones circa vmbilicū et lūbos igit erit deterior. Itē qñ duo morbi tēdūt ad vnū finē

vltimus est deterior quia in eo est maior lapsus et virtus magis debilis alchites et timpanistes tendunt ad vnum finē in corpore nostro quia ad tumorem et corruptionez corporis et ex alchite fit timpanistes. hoc vult Rasis in suo continēte. Ratio dicti est: quia calor continue magis augmētatur et tūc magis de vento generatur hoc ponit Rasis Idem ponit Ga. 4°. amphor. cometo cañ. dicti. Quibuscunqꝫ tortiones quia vētus a maiori calido generatur ꝙ aquositas. hoc ponit similiter ille Gilbertus et om̄es moderni. ¶ Ulterius probo hoc intentione Rasis in suo continente. c. proprio. vbi hoc ponit ex causa dicta: quia ventus fit a maiori lapsu: quia a maiori calore et cum maiori disconuenientia epatis quia a mala sicca complexione epatis. Et epar in sui natura est humidum immo fons humiditatis 2°. tegni. ¶ Ulterius probo hoc intentione Auerrois. 3°. collectorij. ca° de accidentibus contingentibus digestiue epatis: vbi dicit ꝙ timpanistes ē deterior species. ¶ Postea probo ꝙ alchites sit deterior primo intentione Auiceñ. 3°. cañ. c. proprio qui dic ꝙ dignius est ꝙ alchites sit deterior. Idē dicūt omnes moderni in psalterijs suis. Ratio eorum quia alchites habet initium ab epate: timpanistes a stomacho modo magis leditur natura ex nocumento epatis ꝙ̄ stomachi. ¶ Ulterius arguitur sic: quando duo morbi tendunt ad vnum finem vltimꝰ est deterior quia in eo est maior lapsus et virtus magis debilis: sed alchites et timpanistes tendunt ad vnum finem quia ad tumorem et inflationem et corruptionez corporis et alchites est vltimus: quia ex timpaniste de frigida fit alchites de frigida. Hoc vult Rasis in suo cōtinente. Gilbertus hoc declarat: quia si fiant a causa frigida dum plus procedūt frigiditas magis augmentatur et sic plus de aqua generatur. quia aquositas a causis frigidioribus et ventus a calidioribus generatur. 4°. amphor. cōmēto illius. Quibuscunqꝫ tortiones etc. et sic in alchite est maior lapsus. concluditur ergo ꝙ alchites necessario sit deterior species. ¶ Dicendum ad istam dubitationem est sciendū ꝙ quelibet harū specierū ydropisis fit a causa calida vel frigida quia a mala complexione calida vel frigida epatis generāte instrumētaliter tamen talem ventositatem et aquositatem. Uerum yposarca fit semper de causa frigida et non fit de causa calida nisi fiat ex retentione sanguinis magna in mēstruis et emorroydibus tunc fit subito tūc competit flomia, aliter non vt ponit Rasis in suo continē

te. ¶ Aliter fit de sanguine aquoso flātico quoquo modo fiat Rasis. Auicenna et omnes conueniunt ꝙ est minus mala. quia licet discrasia sit magis vniuersalis et cum quadam disconuenientia non est ita fortis in epate renibus et splene. Alchites et timpanistes fiunt de causa calida et frigida: quia a mala complexione epatis calida vel frigida que est causa instrumentalis generationis maxime ydropisis vt est dictum supra. s. aquositatis et ventositatis. ¶ Tu dices: ventositas semper generatur a calore claudicante et modico. hoc vult Ga. vi. de morbo in. ca°. 5°. in multis locis ergo non poterit generari a calido excedenti. ¶ Dicendum ꝙ verum dicis ꝙ ventositas semper generatur a calore naturali modico et claudicante: sed calor naturalis claudicat et fit modicus dupliciter. Uno modo per viam extinctiōis a frigido subintrante sic generatur in alchite et timpaniste de causa frigida: sed quia aquositas fit a causis frigidioribus et vento sitas a calidioribus vel a minus frigidis cōmento illius. Quibuscunqꝫ tortiones. Ideo timpanistes de frigida parum durat statim conuertitur in alchitem de frigida. Alio modo claudicatur calor naturalis et fit modicus per additionem caloris innaturalis et per eius resolutiōem: quia spūs qui sūt calor naturalis resoluūtur. nam calor naturalis dicitur concretū subm et accñs. 2°. de complexionibꝰ: quia vaporē illū seu spm. Et q̄nto calor innaturalis plus augmentatur plus naturalis resoluitur et debilitatur: quia eius forma puta tēperies corrūpitur: nā calor naturalis ē tēperatꝰ sic vētositas a calore modico naturali generatur per modicā decoctiōem rei obiecte quia accñtalis nō decoquit sed corrumpit Ideo oportet ꝙ in omni discrasia sit calor naturalis realiter. aliter nulla fieret digestio cibi nec humoris. Uerum est ꝙ vltimū habet rationem forme totus calor nostri corporis formaliter ē preter naturam. licet realiter ibi sint duo calores: hoc est commune in omni mala diuersa vt ponit ga. in libro de malicia complexione diuersa in. c. 3°. ista verba nō apprehendunt moderni nostri debiles in arte. Cum ergo alchites et timpaniste fiat de causa calida et frigida vt est dictum que horū sit deterior. ¶ Dicendum ꝙ in causa calida timpanistes ē deterior quia ex alchite fit timpanistes in processu: quod patet ex declaratis: quia ventositas a causis fit calidioribus magis ꝙ̄ aquositas in cōmēto cañ. allegati. Et dū plus procedūt lapsus ille ad caliditatem augmentatur propter quod plus de vēto generatur et sic alchites de calida mutatur in

timpanistez de calida in quo erit maior lapsus. ideo erit deterior. Si aūt fiat a causa frigida tūc, dicemus ecōtra per rōnem cōtrariam. Alchites est deterior quia est vltima. Et timpanistes de frigida fit alchites frigida. quia in pcessu lapsus ad frigiditatē augmentat. ideo plus de aqua generat q̄ de vento per textum gal. ergo timpanistes de frigida fiet alchites de frigida. Sic solute sunt rōnes vtriusq̄ partis sup hoc. Tu dices: comparem⁹ extremū extremo que est deterior an alchites de frigida an timpanistes de calida. Dicendum q̄ vtraq̄ in pcessu est mortalis. vez auerroys dicit ꝛ auicēna. q̄ alchites in vltimo est mors innati caloris.

Sexto tu queres. in pncipio quelibz earum est curabilis: in pcessu incurabilis: que istarū erit difficilioris cure. Dicendū q̄ si alchites de calida fuerit in pncipio ꝛ timpanistes q̄ timpanistes est deterioris cure. Causa duplex est: q: quāq̄ sit in pncipio in timpaniste ē lapsus maior. q: ventositas a maiori calido generat. ꝛ per cōsequēs maior debilitas epatis. similit q: talem cām materialē capere non possumus cum medicina attractatiua. oppositū est in alchite de calida si in pncipio silr fuerit. Si autem fiat a causa frigida licz in alchite de frigida sit maior lapsus per rōnem cōtrariā. q: cā materialis non potest capi virtute specifica ab aliqua medicina. Dico silr q̄ timpanistes est deterioris sic intellexit auerroys loquēdo de maiori malicia ꝛ plures auctores silr.

Septimo tu queres. Cuius particule epatis ydropisis est passio pncipalit. Dicendū q̄ p generatōne illi⁹ aquositatis est passio pncipalit concaui. ibi est mala complexio calida cōiter pter opilatōnes gibbi. Si intelligam⁹ ydropisim p tumore tunc est passio viarū vmbilici ꝛ partiū que sunt inter cifach ꝛ mirach cōcomitando passionē aliorū mēbrorum stomachi in timpanisten. ꝛ renuz vl splenis in alchite.

Octauo tu queres. ydropisis ē passio p se vel p colligātiam. Dicendum q̄ p gn̄atōne cause material ꝛ p tumore illo semp est per colligantiā. venit quod venire nō debet sm naturā. s. discrasia ꝛ mātia. Vez cā aliqua coadiuuās potest ibi cōcurrere que nō erit per colligantiā s per sevt debilitas epatis in sua cōpositione. q: est rare cōtexture in quibusdaz vt in habētibus longos digitos de facili ydropicātur circa quadragesimum annum.

Nono tu queres. ydropisis q̄s morbus est in se in genere ꝛ in spē. Dicendūz p tumore illo est triplex gen⁹ morbi mala cōplexio humida de humiditate salsosa sm plus ꝛ minus: sm q̄d est discrasia calida ꝛ mala cōpositio ꝛ solutio cōtinui. Ideo aliqui moderni dicūt q̄ ydropisis est apostema aquosū ꝛ vētosum. p causa aūt efficiēte ydropisis est morb⁹ consimilis mala calida vl frigida.

Decimo tu queres. Dictū est in pcedētibus q̄ opilatio est vna causa fortis ydropisis: puta talis sit⁹ materie in vijs illis. Tu dices cuius ptīcle epatꝭ opilatio epatis est passio pncipalr. Soluit ga. v°. de interiorib⁹. ca°. penultimo q̄ venarū gibbi pter quā aquositas regurgitat ꝛ fluit ex se vl ab expulsiua regulata ad vias assuetas in vtero materno. quia ad vmbilicū per quem natura expellebat illā aquositatem: q: per partē illam vrinabāt.

Undecimo tu queres. Cui⁹ virtutꝭ epatis ydropisis ē nocumentū passiue intelligēdo. Soluit lr̄a. v° de interiorib⁹ in ca° penultimo q̄ gn̄atiue sanguinis epatꝭ pter colligantiaz expulsiue pprius si sit ibi opilatio in gibbo vl per colligantiā attractiue renum vl splenis si tales nō faciāt officiū suū.

Duodecimo tu queres. Cui⁹ virtutꝭ ydropisis ē nocumentū actiue seu passio pncipalr. Dicēdum q̄ p tumore est passio regitiuarū naturaliū ventris ꝛ partiū vicinarū. p cā gn̄atōnis materie est passio regitiuarū naturaliū oīum membrorꝝ. nā non puidet eis de obiecto sufficiēti nutritōnis circa quod agūt mistrātes ꝛ mistrate virtutes. hec sufficiant de clarificatōne ydropisis.

Istis clarificatis cura cuiusq̄ speciei ydropisis tibi patescit. Prius tamē q̄ in cura pcedas scire ꝛ cognoscere oportz quā speciez ydropisis patit ꝛ cām' immediatā instrumētalez gn̄atiōis materie. puta an sit mala calida aut frigida. ꝛ cōsiderare oꝫ cām situs materie in vētre ꝛ in alijs membris. Et cōsiderare oportz temp⁹ sui aduent⁹. nam si sit incipiēs firmari seu in neutralitate occidētie q̄ cachecia dr ab auic. faciliter curat nisi sit ex febre vel apostemate epatꝭ vl splenis vel renū. Si aūt firmata fuerit p mensez cum difficultate curat specialr calida potissime illa in qua vrine tendūt ad ruborē notabilez. Repant aūt in aliquo ꝛ in vita plōgant a bono medico. Vez oēs cōuenūt q̄ yposarca est mag pꝓpinqua

sanationi.lȝ quādo permutatꝰ in lēcofleumanci am sit difficilis sanatōnis.qꝛ tunc vtus est magꝭ debilis ꝑpter quod materia est magꝭ aquosa et inaturalis licȝ sit minus ventosa.qꝛ illa mala cō plexio frigida ⁊ humida in membris cōtinue pe ioratur ⁊ augmentatur sic magis de aquositate ⁊ minus de vento generatur. Ex ista ratione yposarcha transmutatꝰ in lēcofleumātiā ⁊ timpa nistē de frigida ⁊ in alchitem de fria vt est dictū

Si quis ergo iposarcham habuerit ex retentione mēstruorum vel emorroydarum quod patescit ex relatis. ⁊ quia subito inflatur in facie ⁊ supercilijs ⁊ alijs mēbris cum plenitudine ⁊ inflatione venarum tales flobothomentur de consilio rasꝭ in suo continente.precedente tamen cassiafꝭ. Et licȝ in talibꝰ sit mala complexio excedens humida ⁊ aliqualiꝰ calida illa excedens humida hebetando calidum causat in modico tempore malā frigidam.ꝑpter quod post paululum ista a quacūqꝫ alia yposarcha in cura nō diuersificatꝰ. Intentio autē curatiua cuiuscumqꝫ yposarche in processu duplex erit. Una est malā cōplexionem frigidā ⁊ humidam epatis ⁊ membrorū corrigere ⁊ reparare. Secunda erit materiā per secessum. vomitum.vrinam ⁊ sudorē euacuare ⁊ consumere hoc vult rasꝭ in suo cōtinente.qꝛ materia flegmatica aquosa multa abundat in stomacho ⁊ in epate ⁊ in toto corpore. Uerꝫ in yposarcha non est opilatio in gibbo epatis sicut est in alchite ⁊ in timpaniste quia illa materia aquosa non trāsiret ad membra remota sed flueret ad partes vmbilici: ⁊ vēter pre ceteris membris inflaretꝰ.ꝑpter quod non est intendēdum ad deopilandū ꝑut in alijs speciebus ydropisis:sed.ad educendū materiaȝ per vrinas. In pmis ergo mundificetꝰ stomachꝰ cum cassiafꝭ.sic. ℞.prunorꝫ damascenorum.vuarum passarū mundatarū ab arillꝭ. caricarū pinguium.iuiube.sebesten.aā.ʒ.ß.fiat decoctio in.ij. lꝭ.aque donec redeat ad.lꝭ.ß.in qua dissoluātur cassiefꝭ.bene mundate.ʒ.ij.fiat potus.detur in ortu solis ⁊ quiescat in lecto capite basso. In somno per duas horas ⁊ non comedat nisi post tertias.Hoc facto si initiū habeat ex sanguine retēto in menstruis vel emorroydibus fiat flobothomia de epatica. Consequēter post aliquos dies flobothometꝰ de sophena domestica in vno pede.qua non inuenta de siluestri. Post aliquos dies de sophena alterius pedis. ¶ Patiens istā yposarcham vel quamcunqꝫ aliam vtatur mellicrato tepido sequenti sine alia mixtura. ℞.corticis radicis feniculi.petrocilij.apij.raphani.ana. m.ß.corticis radicis yreos.ʒ.vnam.radicis achori.ʒ.duas.maiorane.valeriane.centauree minoris.mentastri.mellisß.ana.m.ß.azari.ʒ.vnam.ameos.cuscute.ana.ʒ.ß. anisi. maratri. dauci. seminis apij domestici ⁊ montani aā.ʒ.duas.mellis albi despumati quartꝰ.vnum ⁊ ß. aceti squilitici.ʒ.ß. fiat mellicratum bene clarificatum ad lꝭ.duas.sumat sero ⁊ mane. renouetur de quinqꝫ in quinqꝫ diebus. Quo facto per decem vel duodecim dies sumat iterum cassiam fistulā dictam vel istam colaturam. ℞.vuarum passarum mundatarum ab arillꝭ.ʒ. vnam.polipodij quercini.ʒ.vnam. sene epithimij.ana.ʒ.ß. radicis yreos.ʒ.ß.azari.ʒ.ß. seminis cuscute.ʒ.duas. agarici electi.ʒ.tres.turbith electi gummosi.ʒ.ij.ʒʒ.asisi.aā.ʒ.vnā.salis gēme.ʒ.ß.fiat decoctio in qua dissoluatꝰ cassiefꝭ.mundꝭ.ʒ.vna.fiat potus. fiat de sero decoctio ⁊ temperentꝰ oīa per noctē. Uel sumat de pillꝭ.de agarico.ʒ.ij.vlꝭ.ʒ.ij.⁊.ß Istis expeditis sumat sero ⁊ mane quibusdam diebus de metridato in quantitate amigdale.dissoluatꝰ cuȝ modico vini vel sumat per se. Ista prosequendo vtatur exercitio bono ante prandium ⁊ ante cenam.parum comedat ⁊ minus potet.vtatur carnibus electis. Et talia prosequēdo stuphetꝰ in stupha sicca facta cum lapidibus fluuialibus candentibus superspar so vino albo vel claro. Stuphetur ad placitū duobus diebus de mane reiterando semel in quidecim diebꝰ. Loco huius stupha naturalis sulphurea sibi compent qꝫ stuphetur pmo de mane. Consequēter balneet se in aqua illa sulphurea vel salsa loco horum. De consilio Rasꝭ sepeliantꝰ in arena bene calefacta a sole tempore calido.⁊ obumbretꝰ ne ledatur a sole in capite. Aliqui auctores volunt qꝫ prius inungantur cum stercore recenti bouis. loco horum ponantur in furno pane extracto taliter calido qꝫ possint tollerare.ponant postem ab intra ⁊ iaceant ibi tenendo caput extra.vel ponantꝰ in fouea bene calida.faciant vnam foueam ad modū putei lati profundam per quattuor palmos ⁊ calefaciunt cum vitibus vel ramulis de iunipero vel alijs.quo facto extrahunt prunas ponunt ibi postem ⁊ folia ebulorum sedent ibi inuoluti. nam optime tollerant quia attrahunt aerem frigiduȝ sine fatiga est optimū remedium. Et si vngerentur cum stercore bouis vt dictum est esset meliꝰ

quia magis exiccarentur in carne ⁊ in alijs mēbris. talia prosequendo, redeant ad mellicratuz dictum ⁊ ad metridatum per vices. Loco metridati sumat de ista dyalacca per se vel cum vino claro vel albo vel in pillulis in quantitate castanee. ℞. costi spice. carpobalsami. xilobalsami cassielignee. azari. cinamomi. croci. squinanti. zinziberꝭ. reubarbari. masticis. aristologie longe. et rotunde. añ. ʒ. vnam. myrre. gentiane. anisi. apij polij gariofiloruz. eupatorij. absinthij. nucis muscate. ana. ʒ. ß. cubebarum. ʒ. duas. lacce. ʒ. duas mellis despumati quod sufficit. reseruentur in pixide. ¶ Aduerte ꝙ non sit nimis coctum. capiat de sero vel de mane vt dictum est. vtatur pane duorum dierum vel trium. quando pistabitur superaspergatur modicum anisi maratri ⁊ calefaciat ad ignem panem quem comedat dum erit in mēsa vtatur vino claro subtili antiquo in modica quantitate tamen. vtatur carnibus electis capreti mutonis iuuenis ⁊ bipedalibus potissime columbis iuuenibus ⁊ auiculis paruis. assentur. ⁊ si elixentur pone ibi satis de maiorana.

Et si quis iposarchaz

habuerit ex nimio fluxu emorroydarum vel menstruorum. succurratur illi fluxui ⁊ male humide stomachi et fiant illa que dicta sunt. ¶ Et si quis yposarcham habuerit sine istis succurratur male humide stomachi et membrorum cuz stuphis siccis et alijs. Vtatur sale sacerdotali. cuius receptam inuenies in antidotario. Vitet cibum in magna quantitate ⁊ maxime potum. vitet offas insuper potum inter duas comestiones. Ista tibi sufficiant pro cura cuiuslibet yposarche.

Et si quis alchitez vel

timpanitez de causa frigida habuerit. quod patescit quia extenuantur corpora eorum cum tumore ventris qui sonat velud vter plenus aqua vel sicut timpanum. ⁊ sunt cum vrinis remissis in colore. grossis in substantia ⁊ modica siti. ad quod faciunt etas ⁊ sexus. Vterꝫ horum indiget fortiter deopilantibus propter fortem opilationem in gibbo epatis. ratione cuius aquositas ⁊ venter tendunt ad partes vmbilici. Et quia talis timpanistes. cito ⁊ in modico tempore mutatur in alchitem. quia cito frigiditas in epate augmentatur propter quod plus de aqua generabitur cum a frigido potentiori generetur magis ꝙ ventus. quarto amphorismoꝝ.ꝶ quibuscūꝫ tortiones ⁊c. Ideo simul possunt exequi in cura. quilibet horum purgetur cum cassiafistꝭ. dicta supra ⁊ fiat mellicratum dictum addendo spicam vtramꝫ ⁊ squinantum. ana. ʒ. tres. ad deopilandum gibbum epatis renouando ipsum vt dictum est. Quo facto decem vel duodecim diebus sumant colaturam superius dictam vel pillulas de agarico. Aliqui dant. ʒ. vnam yerapigre dissolute cum aqua cicerum rubeorum. ⁊ aliqui duplicant coloquintidam in yerapigram ⁊ dant ʒ. sex. Aliquꝰ dant. ℈. ß. de coloquintida grosso modo pulverizata. ⁊ grana duo bdellij. cum ficu. Gordonius loco horum laudat succum yreos crudum. quattuor vel. ʒ. sex. mediam closcaui oui per se vel cum modico oui sorbilis ducuntur ter qualibet sine violentia de illa aqua citrina. Gordonius laudat multum in ydropisi de frigida nec curabat de alio laxatiuo. ¶ Facta purgatione auctores multum laudant vrinam propriam ꝙ sumant de mane vel vrinam capre cum. ʒ. ß. spice nardi vel celtice puluerizate vel serum caprinum cum. ʒ. ß. spice nardi puluerizate. vel ꝙ ʒ. vna vtriusꝫ spice parum ibi decoquatur. fiat potus. nam ista fortiter deopilant gibbum epatis. ⁊ faciunt magnum exercitium ante prandium ⁊ ante cenam ⁊ dietentur prout dictum est. de alijs. specialiter cum sale sacerdotali. Vtatur dialacca dicta. repetantur laxatiua per interualla prout tibi videbitur. vel prouoca vomitum.

¶ Aduerte tamen ne des medicinas violentas dyagrediatas nec laureolam nec mesereon. naz multum debilitant epar propter eorum maliciaz Non vidi bonum finem cum illis licz auctores dent in suis practicis. Et stuphentur in stupha sicca facta cum lapidibus candentibus vt dictū est vel in stupha naturali sulphurea ⁊ in balneo illo postea balneentur ibidem. Et si tumor ventris non bene recedat cum laxatiuis dictis ⁊ alijs aperitiuis. Applicetur istud emplastrum. ℞ stercoris capre. decoquatur in vrina pueri masculi ⁊ extendatur supra ventrem. Vel sic. ℞. stercorum vaccarum pascentium desiccati et subtiliter puluerizati quod sufficit. distemperetur cum vino limphato ⁊ oleū addendo quartam partem sulphuris non extincti. applicetur per modum emplastri. Gordonius laudat ꝙ in isto casu fiant duo vel tria cauteria subtus vmbilicum ⁊ in bursa testiculorum vt resudando paulatine materia aquosa purgaretur. ¶ Contra inflationez

burse testiculorum. Aliqui faciunt sic. ℞. anisi. marathri cimini. an̄. p. vnum. pulverizentur subtiliter et incorporentur cum quart. i. olei sambuci vel ebuli et cum succo ebuli et sambuci addendo. ʒ vnam chimolee. et per modum emplastri supra oceum et virgam si inflata fuerit: et super tibias. gilbertus et rogerius ambo laudant cauteria in tibiis sic inflatis inferius in basso loco non placet vel quod scarificentur vt illa aquositas paulatine expellatur. istud magis placet. ¶ Et si quis alchites de causa calida habuerit quod patescit quia tumescit venter cum extenuatione corporis et cum vrinis coloratis et residentia arenosa in processu aliquando ratione adustionis humorum in venis. Ideo erit in timpanisten vel cum vrina sanguinolenta ad modum loture carnis clare vel obscure. vt dicetur in capitulo de mictura sanguinis et sitis magna. et si venter percutitur auditur sonus aque. ¶ Adverte tamen quod si vrine fuerint multum colorate et in magna quantitate arguunt magnum lapsum in epate in calore et magnam opilationem in gibbo propter quod signant talem non esse bene curabilem. Isti indigent vt talis discrasia calida epatis et stomachi corrigatur et vie gibbi aperiantur et deopilentur et materia per secessum et vrinas et sudorem expellatur. In primis ergo purgetur cum cassiafistula simplici dicta. vel cum colatura ista. ℞. fumiterre. m. vnum. vuarum passarum mundarum. ʒ. vnam foliorum sene. epithimi. polipodii quercini. ana. ʒ. ß. agarici. ʒ. ii. et ß. ʒ ziziberis. anisi. salis gemme an̄. ʒ. ß. fiat decoctio in sero caprino in qua infundatur per noctem corticum mirabolanorum citrinorum pulverizatorum. ʒ. vna. fricentur de mane fortiter et colentur et colature addatur cassiefistule. munde. ʒ. vna. reubarbari infusi in aqua endivie. ʒ. vnam. spice nardi. ℈. ß. vini boni. ʒ. ii. fiat potus. vel da de illo succo yreos vt dictum est. Verum gordonius magis appropriat in causa frigida postea sumat per novem vel decem dies de mane medium vitrum vrine sue. quia fortiter deopilat vias gibbi epatis. Aliqui laudant et bene post quod ante prandium per duas horas sumat tres bolos endivie cum aceto quia corrigit caliditatem inde impressam et confortat epar. placet quando vrine sunt multum rubee. vel sanguis ad modum loture carnis. vel sumat de sero caprino cum. ℈. ß. spicenardi pulverisate. vel quod de vtraque celtica et modicum de absinthio bulliatur in illa aqua casei et potest novem vel decem diebus. vel sumat de sero caprino cum modico seminis cuscute et endivie pulverizatorum vel quod misceas de aqua eius cum illo sero caprino vel quod bullias ibi decem grana alkekengi si vrina fuerit multum colorata. ¶ Rasis laudat multum sirupum acetosum distemperatum cum aqua cuscute. Dicit quod non habet par in ydropisi de calida. nam aperit opilationes epatis et laxat vrinam et provocat. vel detur modicum de succo fumiterre cum aqua casei. Multi approbant quod sumat sepe de epate lupi subtilissime pulverizato cum aliquo de istis liquoribus faciat vnum istorum per novem vel decem dies. Postea aliud reiterando cassiafistule. dictam vel colaturam vel succum yreos vel temperetur per noctem. ʒ. i. et ß. corticum mirabolanorum citrinorum pulverizatorum in modico sirupi acetosi calidi. fricentur de mane fortiter et colentur et distemperentur cum sero caprino quod sufficit fiat potus. Rasis multum laudat istam medicinam in isto casu. Vel detur clistere simplex sine aliqua opiata et sine sale. quia consequenter magis constipat. ¶ Adverte super hoc quod tibi dixi quod pro aliquo non det pillulas de mesereon nec laureole nec medicinas dyagrediatas. quia licet laxent fortiter in modica dosi et approbentur a quibusdam nunquam vidi bonum finem propter malum vestigium quod dimittunt in stomacho et epate. nam ista membra multum calefiunt ex hoc. Et quia alchites de calida in processu permutatur ad timpanistem de calida vt est declaratum. Ideo postquam processerit per mensem et vltra communiter est permutata et est ibi magis de ventositate quam de aquositate propter quod procedatur vt in timpanisten: in qua indigemus plus dissolutivis propter ventositatem. ¶ Et si quis timpanistem de calida habuerit incipiendo. vel quod alchites in eam est permutata in tali est minor discrasia. quia aliter plus de vento quam de aqua non generaretur. ideo indigemus remediis magis frigidis. Ideo aliqui approbant duo vel tria coclearia succi morelle per novem dies. Et indigemus aperitivis opilationum gibbi sicut in alchite et eductione materie per secessum et per vias vrinales cum illis que dicta sunt. Et magis indigemus dissolutivis propter plures ventositates. propter quod potus vrine proprie nec spicenardi in tanta quantitate nisi reprimantur cum. ℈. vno. vel. ʒ. i. ß. seminum frigidorum minorum. quia mixtum cum duplo spice vel cum vrina propria non habent sic locum propter discrasiam calidam maiorem. Et applica emplastra dicta supra ventrem de stercore capre. sed cum vrina pueri pone modicum aceti si videas vrinas multum rubeas. ¶ Et in emplastro facto de stercore vaccarum pone acetum limphatum

loco vini ⁊ olei. Gilbertus ⁊ rogeri⁹ laudant in istis speciebus ydropipis de calida ventosas cuȝ scarificatōne supra epar vt illa opilatio dissoluatur cum sanguisuga similiter: dum tamē ibi non sit febris nec apostema. ⁊ ꝙ tibie scarificentur vt dictum est supra. Stuphe dcē similiter eis competūt ꝓpter consumptionē materie aquose ⁊ ventose. Dieta in p̄mo gradu ⁊ temꝑata in passiuis eis competit: q₂ epar est magis calidum ⁊ siccū propter quod plus de vēto ꝙ̄ de fria aq̄ generatur vt ē superi⁹ explicatum.

¶ Capitulum. 7m. de dolore splenis.

Si cuȝ dolore splenis fuerit calor ⁊ vrine rubedo ⁊ febris: eger ex his trociscis sumat trocisci de agno casto. ℞. seminis agni casti. tamarisci. seminis amborū an̄. ʒ. x. seminis endiuie. seminis portulace amborū an̄. ʒ. v. ex his fiant trocisci de quib⁹ quotidie detur vnus cum sirupo acetoso de zuccaro cuius pondus sit. ʒ. iij. Eger vero si repletus fuerit ex saluatella que ē in sinistra manu flobothometur. Splen quoqꝫ ex frusto filtri aceto calido infusi ēbrocetur ⁊ obseruetur a rebus dulcib⁹ ⁊ cibis grossis Nō si cuȝ predicta egritudine nō fuerit calor egro trocisci de cappare dandi sunt. qui. ℞. corticis radicū capparis. seminis agni casti. amborū an̄. ʒ. x. scolopendrie. ʒ. vij aristologie lōge. foliorū ruthe. seminis nasturtij. achori. nigelle. oīm an̄. ʒ. iij. amoniaci. ʒ. iij. Armoniacum in aceto dissoluatur ex quo cetera ꝯficiantur ⁊ informentur ex eis trocisci ponderantes. ʒ. ij. ex q̄bus vnus cum sirupo acetoso de melle ⁊ apozimate de radicibus in potu sumatur. Si autē splen tensus fuerit ⁊ comprimitur audit̃ sub eo rugitus ex predictis trociscis cum apozimate de radicibus est dandum ⁊ vinū vetus bibendum ⁊ potus aque minoretur quantum plus possibile fuerit. Emplastruȝ ad duriciem ⁊ ventositatem que ē sub splene. ℞. foliorum ruthe. ʒ. x. baurach mentastri sicci amboruȝ an̄. ʒ. iij. amoniaci. ʒ. viij. amoniacum in veteri vino dissoluatur ex quo cetera ꝯficiantur ⁊ fiat ex eis emplastrū quod loco superponatur

De dolore ⁊ alijs passionib⁹ splenis. ¶ Nota ꝙ splen nō dolet ex se: q₂ est membruȝ insensibile cuȝ careat neruis ⁊ filis eorum. Auicē. tertio can̄. fen. xva. in ca°. 2°. Ideȝ dicit p̄mo can̄. fen p̄ma in ca° singulari de mēbris. Verū sentit rōne panniculi cooperientis ipsum ⁊ ligantis ipsum cum dyafragmate. qui pānicu lus oritur a cifach: vt dicit Auicēna in locis dictis. Ideo si talis panniculus extendatur vltra debituȝ q₂ soluitur aliqualiter in cōtinuo ⁊ partes ligate offenduntur: potissime dyafragma in suo motu faciē te anhelitū. Ista de causa splenetici cōiter habēt maliciam anhelitus specialiter post motū. q₂ ventositas magis generatur ⁊ cōmouetur dolor. ergo fortis non cōcomitatur oēs passiōes splenis q̄ dicentur sed grauitas aliqualis. ¶ Vlterius nota ꝙ splen est membrū oblongum ad modū lingue rarum spōgiosum vt facili⁹ superfluitatē feculentam sanguinis recipiat ab epate per porum ꝓtēsum ad concauū epatis. 4°. de iuuamentis mēbrorum in capl'o vltimo. idē dicit auicē. in locis dictis: ⁊ habet duos poros seu duo colla. vt dicit gal. ibidem. vnū habet qui protendit̃ ad concauum epatis. alium habet qui ꝓtendit̃ ad orificium stomachi. in vtroqꝫ sunt vie que sunt de genere venarū: vt dicit Gal. ibidem. per p̄mum attrahit feculētiam sanguinis a cōcauo epatis: ⁊ talē feculentiā statim non eijcit ad stomachū per porum ꝓtensum ad ipsum, vt dicit Gal. ibideȝ: sed

.illam feculētiam digerit in ipſis venis cum calo-
re fluente ⁊ in ſanguinē aliqualiť ſubtilem cōuer
tit vt inde nutriať. ⁊ illud quod cōuerti nō poteſt
eijcit tanꝙ̄ ſuperfluū ad orificium ſtomachi per
porūm dcm̄ per quem ꝓmulgēdo profluit illa ſu
perfluitas pontica ⁊ acetoſa vt dcm̄ orificiū ſto-
machi corroboret ⁊ inſpiſſet ⁊ appetitū eius ad
cibos incitet. vt dicit Aui. p̄° cañ, doc, de humori
bus in caplo p̄mo in fine. cauſando ibi inanitio
nem rōne eius ponticitatis ⁊ aliqualꝭ frigiditaꝭ
in reſpectu per viam compꝛ̄ſſionis. ꝓpter quod
dicit Gal. 2°. tegni. ꝙ frigidus venť bonus ē ap-
petere. ⁊ ex tali ſuperfluitate melācolica actu ali-
qualiť humida acquiriť in orificio ſtomachi ma
la complexio humida ſine materia: qꝛ eſt ibi in-
anitio. ⁊ qꝛ fames eſt paſſio orificij ſtomachi. 4°
de morbo. ⁊ om̄is appetitꝰ eſt ad cōtraria p̄uata
⁊ non ad p̄ſentia. Ideo dicit fames eſt appetitꝰ
calidi ⁊ ſicci priuati in orificio ſtomachi. ⁊ eſt ꝓ
poſitio ariſto. male intellecta. cum in fame om̄ia
mēbra caleſcant ⁊ exiccenť. quia fames corpora
exiccat. vij. amphoꝝ circa finem dempto orificio
ſtomachi ꝓpter cām dcām. ⁊ per iſtum porū ſu-
periorē fit expulſio illius ſuperfluitatis dcē. Ve
rum ſi ſplen feculentiā magnam habuerit humo
ralē vel apoſtemoſam expellit per porū alium in
feriorem ad p̄ma inteſtina ⁊ non ad vias vrina-
les. xiij. de ingenio in ca°. ſexto in fine capli. nam
per porū per quem attrahit expellit ꝑut fit in e-
pate. vt videmus in fluxibus ventris. ⁊ hoc vide-
mus in dyarria ſplenetica. licꝫ interdum ſiliter ex
pellat in tali abundātia per poꝝ ſuperiorem dcm̄
ꝓpter quod in quibuſdam fit vomitꝰ colere ni-
gre licꝫ de poſſibili talis vomitꝰ ſimiliť poteſt fie
ri a colera illa veniente ad cōcauum epatis ſeu
ad p̄ma inteſtina per illum porū inferiorem. hoc
fit in habentibus fundū ſtomachi debilem. rō-
ne cuius de facili recipit talem ſuperfluitatem.

¶ Vlterius nota ꝙ ſpleni de poſſibili inſunt. vi.
egritudines in ſpecie. Interdū dolet ⁊ grauať
ex ſola ventoſitate. Interdū ex aquoſitate circū-
ſtante cum aliquali ventoſitate. Interdū opilať
in poro ſuperiori ꝓpter quod ſtomachus nō be-
ne appetit ꝓpter p̄uationem colere acetoſe dicte
non negando quin talis debilitas appetitus. ſi-
mili iter fiat alijs de cauſis, aliquando puta ex d
bili ſenſitiua ipſius orificij vt fit pluries in con-
ualeſcētibus ⁊ in quibuſdam delicatis vel ex de-
bili attractiua membroꝝ ꝓpter quod ſtomachuſ
non maniť. Et interdum grauať ⁊ opilatur in
poro inferiori dicto ꝓpter quod non bene attra-
hit feculentiā ſanguinis ab epate. ⁊ ſic melanco
lia multiplicať in venis totiꝰ corporis ⁊ inde ac-
cidunt egritudines melancolice. vt ycthericia ni-
gra. cancer. varices. elephantia. impetigo. lenti-
go nigra. morphea nigra. melancolica in venis
totius corporis dupliciť. vno modo per viam ad-
uſtionis chiloſitatis in cōcauo epatis. vt fit in iu
uentute potiſſime in piloſis brunis. Ideo dicit
gal. 2°. tegni ꝙ talis humor abundat in corpore
noſtro in fine peraugmaſtice etatis. Alio modo
multiplicať in corpore noſtro per viā putrefactō
nis ſine ebullitōne ꝑut ligna putreſcunt ⁊ inci-
nerenť. ꝑut fit in quibuſdam in quibus regitiue
naturales venarū ſunt debiles vitio ꝓprio vl pa-
terno. ⁊ ex tali cauſa plures fiunt leproſi in ꝓceſ-
ſu etatū vel incurrunt egritudines alias melan-
colicas. ¶ Aduerte ꝙ cōmuniter in alijs etatibꝰ
a iuuentute melancolia multiplicať ex opilatio-
ne dicti pori inferioris ꝓpter quod quia talis o-
pilatio fit a groſſo terreo ſplen indiget fortiter a-
peritiuis magis ꝙ̄ ipm epar. vt aceto ſquillitico
⁊ ſimilibꝰ vt dicit Gal. in caplo ſexto in fine. Idē
dicit raſis in ſuo continēte. Interdū ipe ſplen tu
meſcit ⁊ ingroſſať ratione feculentie indebite in
eo. ꝓpter quod panniculus extenditur ⁊ dolet ⁊
grauať. interdū ingroſſatur ⁊ tumeſcit ex groſſi-
cie apoſtemoſa. Interdum fluūt humores ab eo
vt fit in dyarria ſplenetica. ſic patitur vno de ſex
modis de poſſibili. Notum eſt ꝙ tales paſſiones
ſunt paſſiones ſplenis p̄ncipaliter vel ſui panni-
culi ⁊ inſunt ſibi per colligantiā. venit quod ve-
nire non debet ſm naturam. Puta illa feculen-
tia vel ventoſitas vel aquoſitas. ⁊ ſunt paſſiōes
officialis in figura vel in via vel cōmunis. quia
ſolutio cōtinui cōmunicando morbum conſimi-
lem cōmuniť ⁊ fiunt nocumentū paſſiue ⁊ deſcri
ptiue intelligēdo regitiue naturalis eius digeſti
ue ⁊ expulſiue cōſequenť partis mandantis. Et
Ulterius nota ꝙ lapis vesice duplex ē. Quidaz ē lapis ī vesica q non est gñatus in ea ſ in renib⁹ q expulsus ad vesicam si moram ibi traxerit per dies ⁊ mēses ꝙ non expellatur adherēdo feculētie ⁊ sordiciei vesice facit crustā ⁊ augmētatur sic ꝓcedendo i tpe faciūt duas tres crustas vsqꝫ q sunt in quātitate ꝑui oui. Et ꝙplures nefretici i qbus lapilli ⁊ arenule gñantr i renib⁹ coꝝ incurrūt istud dānū circa. l. annū. qꝛ cessantib⁹ dolorib⁹ laterū i fine paroxismi non vtūtur qbusdā dieb⁹ balneo aque tepide ⁊ mellicrato icto supius ꝓuocatiuo vrine fortiter ⁊ cum violētia. ¶ Tu dices. in quāto tempe retēti in vesica faciūt illam crustaz Dicendum ꝙ punctualr nescitr sed estimatur ꝙ i quartale anni vel in tertia parte anni. ⁊ sup hoc sunt tales auisati. qꝛ tales in qbus lapilli retinentur incurrunt pruritum ⁊ puncturam in radice vge cum aliquali impedimēto in expellēdo vrinā ⁊ cū quadam erectōne in assueta rōne vētositatꝫ ꝯcomitantꝫ. Et si hoc incurrūt: vtātur potib⁹ incisiuis supius dictis. Quidam de dñis cardinalib⁹ q erat multū calculosus in renibus ⁊ pluries i āno habebat paroxismū. Dum fuit post mortez cuisceratus vt moris est: habebat qttuordeciz lapillos in vesica q oēs erant rubicūdi i cētro ⁊ oēs venerāt de renib⁹. quoꝝ qdam erant in forma ꝓpria. qdam fecerāt vnam tunicam: qdam duas. ⁊ q vidit: testimoniū perhibuit. ¶ Alter ē lapis in vesica q est gñatus in vesica. Iste generatr a duplici cā materiali in specie. Quidā est q gñatur a materia flegmatica grossa viscosa ex acqsito. nā ipa materia retēta ꝓpter stricturam meatus vesice per eius calefactōnem ⁊ quādam putrefactionē ⁊ ptium subtilium resolutōem acqrit quādaz viscositatem ligantē materiam dictam in ei⁹ exsiccatōe ⁊ lapidificatōe: ⁊ sic lapilli ꝑuuli ad formā ciceris vel auellane ⁊ maiores ꝙplures generantr. Rasis dicit i suo cōtinente. ꝙ decē aliquādo Ista de causa generātur lapilli in vesica infantium ⁊ pueroꝝ: vt vult Ras i suo continēte. Idez dicit auic. quia sunt gulosi: ⁊ vtuntur lacticinijs ⁊ offis remollitr. habent vrinas grossas: turbidas rōne flegmatis multi expulsi ad vesicam: in quibus tal materia non bene expellitur a vesica ꝓpter stricturam meatus virge ⁊ vesice. ꝓpter qd generantur lapilli in eis: potissime in puerꝭ macilentis. quia in talibus vesica est magis calida. ¶ Uerum istud raro ⁊ rarissime contingit puellis seu mulieribus. quia collum vesice earum ē breue: latum non sic tortuosum sicut in masculis 5°. de iuuamentis membroꝝ. Idem dicit Auicēna. 3°. canone. ¶ Alter est qui generatur in vesica a materia saniosa fluxa a renibus vel a partibus vicinis: vel a multo spermate: puta a materia antecedente spermatis expulsa ad vesicam ⁊ ibidem retenta ⁊ male expulsa propter earum grossiciem. Rasis in suo continente. Idem dicit auicēna. 3° cano. ¶ Istis de causis generantur lapilli i vesica hominū quadraginta annoꝝ ⁊ circa ⁊ mulierū eiusdem etatꝫ. Nam quia concussi-

vel grauati i anchis: vel q: facti sunt continētes
vltra solitum p̄ timore dei ⁊ mūdi. vidi duas mu
lieres habere viduatas. nam ponendo digitum
in orificio vulue sentiebant lapillū infra mediuꝫ
digitum in parte inferiori. vna illarum fuit sciſ-
sa infra collum matricis lapis magnꝰ fuit expul
sus: fuit curata. ¶ Puelle ⁊ v̄gines incurrentes
hanc passionem scindūtur iuxta naturam in ꝑte
sinistra sicut masculi. verū raro eis contingit ꝓ-
pter cām dictam.

Visa causa multiplici ⁊ modo generationis lapidis in infantibus: pueris ⁊ addul
tis: restat videre p̄seruatōnem talis generatōnis
i ipsis. Unde notum est recte speculāti ꝙ p̄serua
tio tal' generatōnis stabit i duobus. Primo i bn̄
expellendo materias i vesica reconditas ⁊ reten
tas. Secūdo i p̄seruando generatōnem ⁊ multi
plicatōnem tal' materie que continue fluit ad ve
sicam cum vrina. ¶ Primū complet̄ c̄ duobꝰ. p̄
mo vtatur diuretiq̄ ⁊ aliqualiter ꝓuocantibꝰ vri-
nas: vt sunt purete: colature piscīū: cicerum: len-
ciū: lac amigdalaꝝ: vina subtilia clara: vina alba
limphata quasi per medium. ¶ Secundū com-
pletur cū balneo aque tepide semel in quindena
vel i mense. ⁊ si sunt suspecti ex regione vl' ex ge-
nere ꝙ in exitu balnei sumāt de aqua raphani l'
achori vel crete marine vel petro. per se vel cum
aqua cicerū rub. vel ꝙ sumāt haustū aque deco-
ctionis cicerū nigroꝝ cū petrocilio. hoc ꝓ p̄mo.
¶ Secundū complet̄ in infantibus: ꝙ vitet sal-
tim ꝓ ꝑte lac: q: lac declinās ad coleram gene-
rat lapidem in vesica. Rab i suo continēte. ⁊ lac
ticinia. vt caseum. oua dura. offas remollitas.
pultes: vina grossa: aquas malas turbidas: li-
mosas ⁊ multū frias. vitabit fructus ⁊ substātiā
leguminū i magna q̄titate. Istud secundū com
plet̄ in adult̄ i q̄bus generat̄ ex sanie seu ex ma-
teria saniosa fluēte ad vesicā curādo illā saniem:
vt dicet̄ in. c°. quodam sequēti. Et si est ꝑiculum
ꝙ generet̄ ex materia āteçedēte sꝑmatica ꝙ nu
bat i christo si pōt. vel ꝙ vtatur aceto ⁊ acetosis
⁊ ieiunet: q: ieiuniū vitia carnalia comp̄mit: q: re
p̄mit suꝑbiam carnis ex abundantia nutrimenti
cōiuncti. Ista tibi sufficiant ꝓ tali p̄seruatiōe.

Istis cū precedētibus
bn̄ clarificat̄ cura lapidis vesice clare tibi pate-
scit. ¶ Aduerte tn̄: lapis gn̄atus i vesica iterdum
ē ꝑuus sat̄ rotundꝰ iterponēs se ifra collū vesice
claudēs meatū vrine ⁊ impediēs eiꝰ exitū: ⁊ strā
gl'at vrinā ex toto m̄dū ē ꝑuꝰ aliq̄l'r āgular̄ ⁊ nō
claudit collū vesice ex toto q: nō subitrat. ſꝫ q: assi
stit meatui n̄ bn̄ adherēdo strāgl'at vrinā in ꝑte.
iō exit vrina guttatim. ⁊ vltra tales lapilli n̄ mul
tū grauāt vesicā rōne pōder̄. ſꝫ q: impediūt trāsi
tū vrine ⁊ eiꝰ exitū. Tales lapilli q: nondū sīt bn̄
idurati facil'r curant̄ cū potibus icisiuis suꝑius
dict̄ i cura lapidis renū: q̄ eadē de cā facilit̄ fran-
gunt̄ cū ill'. aliq̄n lapis gn̄atus i vesica ē sat̄ ma
gnus de se. vel q: fac̄ crustā adherēdo feculentie
sordide i fundo vesice sicut pasta fac̄ adherendo
farine. Iste tal' lapillus grauat vesicam rōe eius
pōderositat̄. iō dolent in pectine ⁊ i peritoneon
in expellēdo vrinā duobus aut tribꝰ de cāis vt sta
tim dicet̄. Tales si duos ānos trāsiuerit: vix cu-
rant̄ sine incisione.

Siquis ergo Infans vl' puer la
pillū ꝑuulum vnuꝫ
vel pl'es gn̄atū habuerit: qd̄ patescit ex q̄ttuor si-
gnis dat̄ a ga°. p̄mo de int̄. i. c. i. ⁊ a rasi i suo ꝯtīc
q: vrina eiꝰ ꝓtūc ē clara aq̄sa q̄ p̄us fuit arenosa
vel turbida. ¶ Scd̄o q: hꝫ ꝓruritū ⁊ pūcturam i
radice v̄ge ꝓpter qd̄ sepe scalpit pectinē: et fri-
cat v̄gam. ¶ Tertio q: eiꝰ v̄ga sine cā sepe erigit̄
⁊ inclinat̄ rōne ꝓruritꝰ ⁊ vētositat̄ ꝯcomitantis.
¶ Quarto q: eiꝰ vrina ꝯstringit̄ ⁊ strāgulat̄ ex
toto vel i magna ꝑte. Dico ꝙ ex signis istis asser
tiue iudicat̄ ꝙ talis lapidē ꝑuum hꝫ in collo ve͠ce

In cura huiꝰ teneat̄ cōsiliū ga¹. p̄mo de
int̄. i. c. p̄mo. facias ip̄m puerū
supine iacere: ⁊ eleuat̄ pedibꝰ maḡ toto corꝫ huc
⁊ illuc moueat̄ vt lapis ille de collo vesice moue
at̄ ⁊ cadat ad fundū. nā fūdꝰ ve͠ce situat̄ i lo° ma-
gis alto q̄ collū ſm anathomizātes. ⁊ collū aliq̄
lit̄ inclinat̄ ad iferiꝰ. ꝓpt̄ qd̄ lapilli cōiter magis
adherēt in collo ve͠ce. ex q̄ vrinādo maḡ corrūdet
dolor i v̄ga rōe colligāc vt dicet̄. Post hec p̄cipe
puero vt exp̄mat se si vrina egrediat̄ bn̄ stat. Si
v̄o vria nondū egrediat̄: puer scd̄o ⁊ fortiꝰ simili
mō moueat̄: ⁊ radix v̄ge agitet̄ ⁊ ꝑcutiat̄ cū vola
manꝰ. dic̄ rab i suo ꝯtīe. Et si cū h̄ nō possit minge
re ⁊ strāguria ꝑmāserit: intromittas argaliā ifra
v̄gā i ꝓfundū vt lapis de collo ve͠ce remoueatur ⁊
vrina egrediat̄. v̄ba sūt ga¹ in lo° alle°. Cōnr ex q̄
poterit vrinare da sibi potꝰ incisiuos frāgētes la
pidē p̄us dictos iunguēdo inguina a pectinem ⁊
ꝑitoneō cū dialtea ⁊ aliis vnguent̄ mollificatis
⁊ empl'is ⁊ balneis mollificatis vt lapillꝰ molli-
ficet̄: ⁊ post quosdā dies ⁊ ꝑ intualla inūgat̄ ibi-
dē cū oleis frangētibꝰ lapidē vt c̄ oleo scorpionū
ꝯposito ⁊ silibꝰ ⁊ d̄ eo iniiciat̄ ꝑ v̄gā cū siringa.
Et sic fiet cura in. xx. diebus vel circa. Et ego

pluries feci dei gratia. τ tunc videbit in fundo vrine residentiam arenosam τ fecalem subnigram τ subalbidam. Et vtatur vino subtili: rubeo: vel albo bene limphato. Sitim non tolleret. dic̄ Rasis i suo continēte. quia vesica calescit τ lapillus mag⁹ induratur. Similiṫ non potet: nisi vrgeat magna necessitas ne vrīa magna necessitas: ne vrīna sine causa multiplicet̄: q: i expellēdo eam patiēs grauatur. ¶ Et si q̄s lapidem satis magnū i vesica habuerit ex sui generatōne. vel q̄a fec crustā vnā vel plures: vt ē supius dictum q̄d patescit ex octo signis dat̄ a Rasi i suo cōtinente. Primo q: ē antiqua querela duoꝝ annoꝝ vl' circa. Secūdo q: dolet τ grauat̄ in pectie τ i peritoneon rōne ponderis ei⁹. Tertio q: vrīa i talib⁹ cōmuniter ē turbida lactea propter concursū superfluitatū ad vesicam rōe dolor τ grauitat̄ ei⁹. Quarto q: aliquādo aut sunt ibi alique pelliculę ad q̄ntitatem pui vnguis si vrīa fuerit clara val de: signū ē q̄ lapis ē planus non asper. iō nō grauat tātū ꝑpter q̄d non currūt ibi humores. Ras i suo cōtinēte. Quito q̄a frequēter vrinat. q: grauata a lapillo non potest tenere vrinam. Sexto q: vrinat cum difficultate ꝑpter duo. Primo q̄a vesica non pōt se latitudinaliter cōprimere propt̄ quod non pōt vrinam bn̄ expellere. Scd̄o q: vrinādo dolet mag⁹ ex ardore τ ex cōmotōne lapilli Ideo apph̄ēso illo dolore retrahitur vt vrinā nō expellat: τ sic vrina i parte retinet̄ τ male τ corrupte expellit̄. Septio q: vrinādo dolet mltum i virga maxie i capite. q̄a pars carnosa mag⁹ sensibil'. Et dolet ex colligātia eius cum vesica dolorosa τ grauata sicut dolet vnguis ex dolore digiti: vt dic̄ Ras i suo continēte. Ex quo dolore apprehēso aut expellēdo vrinā vesica in se mag⁹ retrahit̄ vt vrinā non expellat. sic strāgulat: τ corrupte τ male expellit̄. τ fortius retraheret̄ si concomitet̄ vlcus i vesica ꝑpter fortiorē dolorem intollerabilē. de cura cuius loq̄mur i. c. sequēti ꝺ ardore vrine. Octauo q: post emissionē vrie semp τ quasi cōtinue appetūt mingere τ expell'e illam rem grauātem. Verba sunt Ras i suo cōtinente. ¶ Et si tu queras. ex quo ē ita magnus τ antiq̄tus: i quo cognoscetur si ē frangibil' cū medicis τ p ꝯn̄s curabil'. Soluit Ras i suo cōtinēte q̄ si arene appeant i vrina: signū est q̄ frangibil' est: vel q̄ ibi sunt duo lapides concurrētes se adinuicem τ frāgētes. ¶ In cura ergo horum p̄mittēdo clisteria lenitiua vel cassiāt̄ simplicem τ vnguenta mollificatiua supradicta eleuādo tibias contra parietē bis vel ter i die: vt lapis cadat de collo vesice ad fundum percutiēdo τ agitādo fortiter radicem vrge cū vola manus dabis de puluere scorpionū: vel leporis combusti cū aqua de coctionis seminū maioꝝ vel cū modico vini simplicis bene limphati. vel dabis de confectōe data a Rasi i. 9°. almāsoris. vel dabis de medicinis frangētibus lapidem tibi supius recitat̄: puta ꝺ puluere caude tremule. ē auis regia: loco cui⁹ de puluere hyrūdinū ponātur i parua olla sine pluma: ibi cōburant̄ talit̄ q̄ possint puluerizari. Et dabis de istis cū modico vini albi limphati. vl' cū aqua distillata folioꝝ raphani. Ras laudat' illam aquā. vel dabis quolibet mane. ℥. succi radꝺ rafani p multos dies de cōcilio Ras i suo cōtinēte. vel dabis de vitro combusto. vel de lapide spongie vel iudaico. vel de sanguie hyrci subtilissime puluerizati cum vino subtili vel cū aqua distillata folioꝝ rafani. talia possunt dari de mane τ an̄ cenam p duas horas. vel dabis sibi potū icisiuum supius dictum i fractōe lapidis renū: q̄ est petusi' mag⁹ electus a Ga° in. 5°. de simplici medicina. τ a Serapiōe p̄mo suarū simpliciū i p̄ncipio cōtinua de istis medicis per q̄dragita vel q̄nq̄gita dies. ¶ Et respicias i vrinali si arenule sint magis solito q: signū est q̄ lapill⁹ dissoluit̄: si i tāto tempe nō curētur: vel manifeste repentur: signū est q̄ nō potest curari sine icisione pueri. τ puellę v̄gines scindūtur i parte sinistra i peritoneon i collo vesice p hominem exptum digito ītremisso ano: cū quo sustineat lapidem q̄ scindit̄ desuper. Et post incisionē cōsolidet̄ cum mūmia puluerizata spersa desup vesicam: vitādo locū a fluxu humoꝝ ꝑpter periculū apostemādi locum: q̄a ex hoc piclitāt. Mulieres aūt corrupte scindun tur eodē modo. A q̄busdā aūt scindūtur iuxta collū matricę. q: ibi tāgit̄ lapis de facili intromisso digito. verū melius fit alio modo dicto. Ras i suo continēte dic̄: q̄ infantes q̄plures moriūt̄ ꝺ scisura facta i eis propter lapidem ex debilitate virtutis ipoꝝum. Et iuuenes moriūtur de apātibus cal'is q̄ sequunt̄ illud: τ ꝯuenietiores ad scissurā p lapide sunt illi q̄ sunt vltra. x. annos vsq ꝑpe xx. τ decrepiti de eo sanātur velocit̄: q: i eis non accidit apa cal'in nec ipoꝝ corpa sit tātū fria: q̄ nō possint ꝯsolidari vlcera i eis. Et sanabuntur cū vlcera coꝝ nō r̄ndeāt ad ꝯsolidatōem. V̄ba sunt ras i suo ꝯti^c. Et subdit ras i l̄ra q̄ scissura n̄ ꝯsolidat̄ i maiori pte: vn̄ accidit flux⁹ vrie. Subdit q̄ in dol' p⁹ extiū lapiꝺ pa. sedeat i decoc^c malue ortēs τ se. lini facta in aq̄ τ oleo tepido. postea emplastretur: τ terminet̄ vt decet.

¶ Capl'm. 46m. de apāte renū ⁊ vesice.

Apostema quod fit in renibus ⁊ in vesica comitatur febris permixta q̄ nō ē vehemētis caloris cuz qua ē horripilatio ⁊ rigor ⁊ frequēs mictus ⁊ dolor in inferioribus dorsi ⁊ grauitas. ⁊ cum impellit᷑ videtur ergo qđ aliquid ibi suspensum sit. Cum hec itaq̨ signa visa fuerint: eger ex basilica flobothometur ei⁹ ptis in q̄ dolorē sētit ⁊ grauedinez. Loco quoq̨ emplastra infrigidantia supponātur. Et si egritudo sic dissoluta fuerit: bonū erit. Si aūt febris ⁊ dolor ⁊ grauitas pseuerauerint ⁊ vrina minutim ⁊ frequenter egredit᷑: significat᷑ pus ibi colligi. Est igitur tunc supra dorsū emplastrū ex camomilla: seīe lini furfure oleo sizamino cōspersis ponēdū: ⁊ egro vt in tina sedeat pcipiēdū. Si autē eger minxerit pus: semina que nomiabim⁹ in caplo de ardore vrine sunt dāda dōec pus minuatur. Deinde dentur trocisci quos in caplo de mictu sanguis ⁊ sanici noīauimus. Apostema vero qđ i vesica fit debet comitari fe. cōclusa ⁊ difficltas migēdi ⁊ dissuria ⁊ femoris ⁊ vge dol. ⁊ tūc eger ex basilica flobothomandus ē. ⁊ fiat egritudinis cura queādmoduz prediximus. Est autem quādoq̨ saniez renuz apa qđ non puēit ad ymmo trāsit in duriciem: cū grauitas in renibus sine febre pseuerat. Est ergo clisterizandus ex mussillagine fenugreci ⁊ se. lini ⁊ apozia te camōille ⁊ cauliū ⁊ melliloti ⁊ maluauisci ac furfuris ⁊ vōat freq̄nter. Renibus quoq̨ superponat᷑ emplastrum ex eis que nomiauimus. Et si vrina minui videt᷑ cuz illo vrinam puocantia dent᷑. Hoc quoq̨ p paruo non ē habendum quia ex eo peruenit᷑ ad ydropisim

De apostemate renū ⁊ vesice. Nota q̄ renes apostemātur interdū i suba gibbosa: tūc q: eius pāniculus extēditur vltra debitū ⁊ soluit᷑ i cōtiocāt᷑ dolor magis q̄ si i ɔcauo eoꝝ apostemaret᷑. verū tūc retinet᷑ magis vrina. aliq̄n apostemat᷑ i lūbis tūc vie p q̄s trāsit vrina a renib⁹ oppⁱmuntur ⁊ coartant᷑ ⁊ vrina immorat᷑. vesica aliq̄n apatur tūc ē maior fe. ⁊ dol᷑: q: ē mēbrū magis sensibile. ⁊ si apostemet᷑ i collo tūc vrīa strāgulat᷑. ⁊ ex toto retinet᷑: q: via restringit᷑ ⁊ coartat᷑. Si in fundo vesica apatur tūc causat᷑ dissuria. i. sepissima mictura. quam ga⁹ vocat aliq̄n noīe gn̄ali strāguriam s° ampho. sup illo cañ. In ano flegmonem ⁊c̄. Sz q: tal' explo̅io pprio ē liba ppe nō dz dici strāguria ſ dissuria: vt ē supius dictū i. c. de strangu^a vrine. Cui⁹ pticule sit pa° apa in renib⁹ an sit in ei⁹ suba in eius superficie vel concauo an sit in lūbis. hoc sciri nō pōt nisi cū extimatōne ppinq̄ veritati. ⁊ ex retētiōe vrine magna vel pua. q: q̄n apatur in ɔcauo vl' i vijs vrinalib⁹: tūc cessat vrīa venire ad vesicam: p illū renē sic diminuit᷑ vrina notabilit᷑ q̄n lūbi apant᷑ ɔmunit᷑ vie vrine aliq̄l'r opprimuntur ⁊ coartantur sic cessat vrīa aliq̄l'r. sil'r quādo lūbi apostemāt᷑ tūc dolor ⁊ rubor se extendit i supficie exteriori in anchis seu i al'ratum

¶ Cuius pticule vesice sit passio eius apa an sit passio colli vel fundi pncipaliter. Dicenduz q̄ ex actōne lesa ei⁹ cognoscit᷑. sil'r ex dolore ⁊ tumore q̄n apa est i collo vesice tūc vrina ex toto strāgl'atur ⁊ retinet᷑. q: via ipius colli restringit᷑ ⁊ nō potest vrina exire. Sil'r tumor ⁊ dolor tēdit magis ad radicē vge: q̄n fund⁹ vesice apatur tūc vrina nō

strāgulat̃ ex toto: imo hʒ sepissimā micturam seu dissuriā q̄ noīe gn̄ali appellat̃ strāguria: vt est dictum. nam q: fund⁹ vesice grauatur a dicto apā te non pōt magnā q̄titatē vrie ɔtinere. ideo sepe petit migere. Sʒ bn̄ notum ē q̄ ista fiūt p colligātiam. ⁊ q̄ ē morb⁹ officialr̃ in cōpositōe: ⁊ q̄ ē ex nocumēto expulsi͏ᵉ ⁊ digtie mēbri mādāt̃. ⁊ ē paͦ seu nocumētū actiue aīate sensitie illaꝝ ptiū: ⁊ p ɔn̄s nat̃aliū regitiaꝝ mēb¹. Oīa ista tibi clara sīt ❡ Si quis ergo apostema in renib⁹ vel in lūbis habuerit: qđ patescit ex dolore i dorso: videt̃ sibi: q̄ aliq̄d ibi sit suspēsum cū fe. aliquali ⁊ erratica cū qua cōcomitat̃ horripilaͦ ⁊ tremet: flōmet̃ statim de basilica. ⁊ si sit ibi magna plectoria quod patescit q: ē cū rubore magno: fiat p̄mo đ parte opposita p̄cedenti clisteri si cōstipat⁹ fuerit: ⁊ inungat̃ cū oleis infrigidātibus: puta cū oleo rof. vnfancino vel cōi. vbi addat̃ modicū aceti simr̃ bn̄ agitat̃. Cōsequēter fiāt alia q̄ ponit Raf in caͦ. q: ipse dat tibi curā i pauc̄ vbis: quare ibi te remitto. ❡ Et si q̄s apā i collo vesice vel in fūdo habuerit: incipiēs firmari: q: dolor incipit ⁊ processit pauc̄ horis: flōmetur silr̃ ⁊ inungat̃ cū oleis infrigidātibus repcutiētibus ⁊ oleo rosa. vnfancino. ❡ Si vͦ apā i collo fuerit firmatuʒ qđ patescit: q: collū puta in pte eadē est inflatū ⁊ vrina est strāgulata non pōt i aliquo vrinare vt poit ga⁹. p̄mo de inf̃. in. cͦ. p̄mo. Fac curā quam ipse ponit quam recitaui in. c. de strāguria ex apāte i collo vesice. ❡ Si vͦ apā i fundo fuerit firmatū quod patescit ex tumore in pitoneon et ex sepissima mictura: inūgas cū oleis anodis sat̃ tpat̃ resoluētibus ⁊ cū medulla panis bulliti in aqua et oleo rof. applicata bis vel ter in die. nā maturat resoluit. Et applica alia maturatiua que omnia cōmittant̃ bono cyrurgico: ad quē spectat tal' executio.

❡ Capitulum septuagesimū septimū de ardore qui fit in mictu.

Cum eger dum mingit sē tit ardorem ⁊ punctōnē in virgā: ⁊ a salsis ⁊ acetosis ⁊ acutis abstinendus est. et nutriendus est ex tafea leuibus ⁊ cibrebegi ⁊ coruʒ similibus. hoc quo q̄ medicamen ei dandum est. Rͦ. ℞. seminis melonis excorticati. ʒ. xxx. seminis citroli semis cucurbite semis portulace semis papaueris albi oīm ana. ʒ. iij. seminis iusq̄ami al. ʒ. ij. zuccari albissimi ad pōdus oīm de puluere horum quotti die in potu. ʒ. iij. in mane ⁊ alie iij. ʒ. circa noctem cū. ʒ. i. sirupi violati aut iulep sumāt̃. Hec quoq̄ egritudo nō est puipendēda. q: cū sit māsiua ⁊ pseuerans proueniūt ex ea i vesica ⁊ in instrumentis vrinalib⁹ vlcera.

De ardore vrine ⁊ eius cura. ❡ Nota omnis vrina est nitrosa. salsosa acuta ardens ⁊ vrens. ideo describit̃ nomie sue actōis. ⁊ hoc iest sibi rōe ɔmixtōis hūoꝝ acutoꝝ ⁊ colicoꝝ salsoꝝ ⁊ adustoꝝ scđʒ pl⁹ ⁊ min⁹ fʒ diuersitatē cōplexionū ⁊ diete pp̄ter commixtionē hoꝝ vrinaē multū apitiua ⁊ exiccatiua. Iđo dicim⁹ paupib⁹ hn̄tib⁹ opil'ones in splene vel in epate ex quo sūt dispositi ad ydropisim q̄ potent quolibet mane p nouē vel decē dies. silr̃ in habētib⁹ iflatōʒ tibiaꝝ ⁊ pedū q̄ abluāt sero ⁊ māe illas cum dicta vrina cal'a. Et vētrē tumefactuʒ similiter abluāt ⁊ fricēt: ⁊ in hoc inueniūt magnū remediū. Aliqn̄ vrine sunt i summo nitrose ⁊ ardentes: ⁊ hoc ē cā duplici. vno mō fit rōne cōmixtionis multe colere semiaduste vel flegmat̃ salsi vel materie saniose veniētis a renib⁹ ⁊ a ptib⁹ ill'. nā ardor ⁊ calor fiūt in vrinis p viam commixtionis. pͦ de crisi. ⁊ i. 2. đ'cri. Raf ponit curā tal' ardoris i caͦ. Alioͦ fit vria multū ardēs pp̄ter vlcerātōeʒ vesice vel vge. videt̃ eis tunc q̄ ignis transeat dato q̄ vrina nō excedat in commixtiōe illi⁹ col'e aduste vel flegmat̃ salsi vel alteri⁹ supfluitatis calide i excessu. nā plures pustulant̃ ⁊ vlcerant̃ in vga si vrina ardēs ex cōmixtiōe dicta durauerit qđ nō corrigat̃ p medicū. ⁊ vlcerāt̃ i collo vesice pl'es hn̄tes lapidē vl' lapides asperos:

120

vel angulares in ipa vesica pcessu tpis ex fricati one supficiei itrinsecce ipius colli i motu corpori: qa collu e pars magis carnosa vesice. Et qz i situ suo aliqualiter ad iterius magis pfundus Ideo lapilli magis cadunt i collo vesice potissime stado et laborando: no seqtur tuc maior aggravatio. Et vrina i maiori pte strágulatur: qm expellitur ratoe tal' dolori apphesi: vt e declaratu3 i.c. de strangu ria. Notum est q ardor vrine e passio vge vel colli vesice si sit ibi vlceratio. Et e p colligatiam venit quod venire non debet scdm natura Ardor vrine i se e qualitas mutata. qz caliditas exce dens apphesa p sensum tactus i mebro vt e exi ens cu vrina e accides dictu exies mutatu a corpore. Descriptie e mala coplo cal'a vlcerasi me brum. Et e nocumetum regitiue natural' expul siue mebri mádátis et digtie ipi'. et e passio sen sitiue ipsius apphendetis illam caliditatem ex cedetem.

Istis clarificatis

cura ardoris vrie patescit. Prius aute q in cura pcedas: cosiderare oportet si talis vrina sit ardes i se rone colere mi xte multu calide vl' semiaduste tunc tal' ardor se tit principaliter i vga i ei' medio et capite si du rauerit fit sibi vlceratio: tuc erit vrina ardens in sui exitu sicut ignis: et post exitum: tuc e ardens dupli: ex se et ex vlcere vge. vel si rone vlceri col li vesice fit i pluribus habetibus lapide vl' lapi des i vesica p eoz agitatoem: maxie si sint aspe ri vel angulares vlcerát vesicam i collo: tuc senti tur ardor maxim' i radice vge et i vga rone col ligátie maxie i capite: qz ps carnosa magis sensibi lis et dolet vga ad dolore vesice sicut dolet vnguis ad dolorem digiti dolentis: vt dic rab i suo ptinete

Si quis ergo

ardore habuerit ex se rone commictio nis colere multu cal'e cu ea vel flatis salsi et no ro ne vlceri cocomitátis quod patescit: qa non e anti quatus: et tuc sentitur ardor solum i vga puta in medio et i capite: et e ardor sati gravás du3 expel litur dutaxat: et comunit accidit tal' ardor in fine pauginastice etati seu iuuetuti: qz tuc abundant humores adusti.2° teg'. puta post. xxv. annum. Iste tal' euitet salsa et acuta: vt spés allia: cepas: mostardam caules. Nutriat spinargiis cum la ctuca coctis et crudis. vtat vino multu limphato et fructibus fris et humidis: puta prunis et cerasis pomis et piri domestica. et antecp itret mensam su mat vnu coclear se. melonu mund. vtedo istis su mat. ʒ. i. et ß. reubar, dissoluti p noctez in aq ordei multe decoctois. potet de mane. vel dissoluatur reubarb. p nocte i. ʒ. ij. sir' violaru cum aq ordei. vel cu decoctone prunoz. hoc facto: flometur de epa^ca ptinuádo dietam supradictam et seme me lonu dictu. vel sumat sero et mane vnu coclear pl' ueri sequetis cu modico syrupi viol'. cu aqua ordei sola vel cu alia. ℞. se. mellonu mund. a cortice. ʒ iij. semis citrulli cucurbite portulace: papaueris al. an. ʒ. ß semis iusqami al. ʒ. ij. et ß. panis zuccri quarti. i. ß. puluis.

Et si quis

Ardore vrie habuerit cum vlcere i vga quod patescit: qz dolet ptinue i loco vlceris et dolet vehemetissime in tota vga i expulsione vrie: et pcedit vna gutta sanies: et videt ei q ignis tráseat: tal' teneat dieta supradictam. Purgetur et flobothometur vt dictu est. potet de lacte asine diebus pluribus vel cap medium vitru. et vtat semie melonu vt dictum est. Sumat de aqua casei de mane aliquado loco la ctis. et si sit acetosa: preualet: qa lauat loca illa et mudificat sanie et corrigit acuitate vrine et decli nat colaz ad itestina. rab i suo cotinete. et sumat loco hoz de mane de aqua plátagi cum modico boli armen^ci. vel san. dra. subtilissime pulverizati Laudát multi q vga clisterizet cu lacte cap vbi sit modicu sarcocolle. qz cosolida t vlcera vesice vge: et pot reiterari ter quater i die: qz non grauat eos. Rab i suo ptinete vult q fiat iniectio musci lagis se. bismalue et citoniorz c lacte mlieri filie in pncipio vlceri vel pustulatonis. expulsa vrina fi at iiectio aceti tepidi cum clisteri. qz multu miti gat dolore ab extra alteret vga cum succo plan tagis vel vmbilici veneri. vel q herbe trite desu per applicetur. Aliq lauát tale vlc' sic. ℞. alumi nis plume panis zuccri an. ʒ. i. mell'. ʒ. ß. vini albi lb. ß. puluerizáda pulverizent et bulliant modica ebullitone lento igni: iniiciat ifra virgam modi cum. de ista decoctone abstergat cum téta intro missa. Cosequeter habeat alia téta: torqat vt me li' subintret et vngat cum vngeto sequeti et itro mittat infra vgam semp post emissione vrie. ℞. cortic thuri. ʒ. iij. boli ar. ʒ. ij. masticis. ʒ. i. et ß. floz eris. ʒ. ß. olei comunis. ʒ. iij. puluerizent oia sub tilissime vt alcohol et addat cere qd suffic. f vn guentu liqdum: quo vtaris vt dictum e. Aliq cu rant vlcera vge cum pul'. sequeti et imponit cu3 siringa insuffládo et trahedo paulatine ad extra vt tal' pul' approximet cuilibet pti ipi' vge ab in tra vlcerate. ℞. litargiri abluti ceruse lote cathi mie lote mirre sarcocolle thutie extincte. draga gáti thuri ligni putrefacti an. ʒ. ß. f pul' subtil' co

latus cum sindone. vidi q curabantur cum isto puluere solo.

Et si quis ardorem vrine habuerit cũ vlcere in collo vesice. qd patescit quia dolet in pectine ꝛ in exitu vrine videtur q ignis trãseat in radice virge. ꝛ per cõsequẽs per totam virgam rõne colligãtie vt dcm̃ est superius. Et mingũt de sanie fetida aliquando cum guttis sanguis. Ypo. quarto amphorismorũ in fine cañ. antepenultimi. Et vrina in parte strangulatur in exitu ex dolore apprehẽso vt ẽ dictum superius in capitulo de strãguria. Et magnis temporibus apparuerit signa lapidis in vesica superius dcã in caplo. Iste reparetur put erit possibile. pfecte autem curari nõ possũt. Vtãtur autem in dieta illis quibus vtũtur habẽtes ardorem cum vlcere in virga. Quedam iiectões valẽtes illis valẽt istis. Fit istis talis iniectio. habeatur sarcocolla ꝛ nutriatur cum lacte mulieris vel asine. coletur ꝛ addatur amidi ceruse lote qd sufficit: quod possit imponi per virgam cum siringa. Vel sic. R. muscillaginis. seminis malue uisci muscillaginis seminis citoniorũ muscillaginis seminis psillij añ. ʒ. ß. ceruse gummi arabici. albuminis ouorum. añ. ʒ. lactis mulieris vel asine quod sufficit. fiat iniectio aqua. virge pastoris cũ modico boli armenici ꝛ mũmie valet. siliter valet q iniiciatur cum siringa succus plantaginis. Rasis multum laudat q iniiciatur acetũ tepidum statim expulsa vrina multum sedat ardorem illum. potus lactis asine vel capre albe pluribus diebus quadragita vel quiquaginta diebus si detur per se vel cum modico draganti vl' zuccari multum valet. Rasis in suo continente subdit q purgetur aliquãdo cum sero caprino per se vl' cum modico reubarbari in vlceribus renum ꝛ vesice inter cetera laudat potum seri caprini sepe ꝛ in ardore vrine q: lauat ꝛ mũdificat illa loca ꝛ corrigit acuitatem materie ꝛ declinat coleram ad intestina. Ideo sumẽdo de lacte per aliquos dies poterit interponere potum seri caprini aliquãdo. Rasis in suo antidotario multum approbat trociscos de alkekẽgi in vlcerib⁹ renum ꝛ vesice cum sirupo viola. quia cõsolidãt ꝛ sedãt ardorem vrine. Siliter poterit vti istis trociscis cum aqua plãtaginis. R. luti ar. sanguis draconis. acachie. kacabre. thuris. seminis melonum munda. gũmi dragagãti. amidi. rosa. ana. ʒ. tres. fiant trocisci. Ista talia sunt pro vlcere sed non sunt pro lapide. Si sit ibi cicera nigra nocet habẽtibus vlcera in renibus ꝛ vesica. Rasis in suo cõtinẽte. Si vtatur succo liquiricie dragagãto gũmi ꝛ amido ꝛ inungatur in pectine ꝛ in radice virge ꝛ in peritoneon sic. R. butyri cocti. ʒ. quattuor storacis liquide. ʒ. vnam. ysopi humide seu vnctuositatis lane. ʒ. ß. axungie anceris. ʒ. duas ꝛ ß. incorporentur om̃ia per modum vnguenti. Si necesse fuerit clisterizetur cum aqua ordei in qua decoquatur semẽ cucumeris ꝛ in qua dissoluatur butyri. ʒ. duc. lactis. ℥. ß. aliqui addunt opij. ʒ. ß. Consequẽter balneet anchas suas i decoctõne seminis fenugreci seminis lini. Ista sufficiant in cura ardoris vrine cum vlcere vesice et virge. ꝛ sine vlcere.

¶ Capitulum. 78m. de mictu sanguĩs ꝛ pus.

Cum aliqs propter casum aut percussionẽ sãguinẽ minxerit ex basilica flobotomet ꝛ trocisci q dicunt trocisci de karabe in potu tribuãt. Trocisci de karabe. R. karabe gũmi tremule arboris ambor ana. ʒ. v. balaustie ypoquistidos ambor ana. ʒ. duas ꝛ ß. olibani. ʒ. duas. seminis apij opij amborum añ. ʒ. i. informent trocisci a pondere aurei vni⁹. Ex quib⁹ vn⁹ omni die cum apozimate sumach tribuat. Ad comedendũ vero tribuatur caro cocta cum sumach et caro cocta cum succo vue acerbe. Abstineat a cibis acutis ꝛ salsis. Loco vero percussiõis supponat emplastrũ ex bolo armeno ꝛ acachia ꝛ aloe ꝛ litio cõfectis cum aceto ꝛ aqua. Si aũt sanguinis mict⁹ euenerit post comestionẽ ciborũ acutorũ aut potũ vini acuti flobothomet eger ꝛ trociscos de karabe in potu sumat ꝛ codẽ quod predixim⁹ gubernet regimine. Pus

vero si minxit eger: trocisci isti dā-
di sunt qui. ℞. seminis melonis ci
troli cucurbite oīum absq̧ cortici-
bus añ. ʒ. xx. boli armeni gūmi a-
rabici thuris pinguis sang. draco-
nis oīum ana. ʒ. decē. opij. ʒ. tres.
seminis apij. ʒ. duas. informentur
trocisci pondere. ʒ. ij. ex quibꝰ omi
die vnꝰ cum sirupo de papauere. ℥
vnā in potu tribuatur. virge q̧ ex
isto collirio imittaṭ Cōfectō colli
rij de cerusa. ℞. ceruse sarcocolle
olibani gūmi arabici opij sangui-
nis draconis oīm partes equales
fiant ex eis collíria ⁊ ꝑ siringā fiat
prius iniectio ydromellis ⁊ migat
eger ⁊ post eius ingressionē fiat in
iectio istius collirij dissoluti in la-
cte asine.

De mictu sāguinis

⁊ saniei ⁊ eoꝝ cura. ¶ Nota ꝙ mictus
sanguis potest ꝓuenire a quinq̧ locis:
vt declarabitur ex dictis antiquoꝝ. puta ā vesica
a venis renū ⁊ earū que sunt inter renes ⁊ vesi-
cam a renibus a venis assistentibꝰ vene cōcaue
⁊ earū que sunt inter epar ⁊ renes a gibbo epa-
tis. ¶ Dico ꝙ mictus sanguis cum vrina potest
ꝓuenire a vesica vt ponit ypo. quarto amphoꝛiꝫ
in fine in cañ. antepenultio ⁊ satis in cañ. ꝑcedēti
Idem dicṫ rasͣ in suo cōtinēte qñ vesica vlceratur
tunc exit sanguis. aliquādo modicꝰ cum sanie fe
tida. q: tres vel quattuoꝛ gutte male ꝑmixte cum
vrina. q: vesica est membrū exangue cum venis
gracilibꝰ: ⁊ q: vrina vicinaṭ exitui. ideo sunt ma-
le permixte. Auic̄. dicit 3°. cañ. fen. xix. in ca°. vlti-
mo ꝙ aliqñ exit sanguis plꝰimꝰ hoc est quādo ḡ-
tioꝛ ramulꝰ vene eiꝰ vlceraṭ ⁊ aperiṭ. quod est ra
rissimū. ¶ Dico 2°. ꝙ potest ꝓuenire a venis re-
num ⁊ earum que sunt inter renes ⁊ vesicā mo-
do tripliciꝫ vt dicit ga. in. 6°. de interioꝛibus. in ca°
2°. post ꝑmᵐ capli. ꝑmo ex ruptura earū. ex casu
vl' ꝑcussiōe. vl' ex plectoꝛia magna. tunc exit san-
guis plurimꝰ ⁊ subito hoc siliter ponit ypo. q̄rto
amphoꝛismoꝝ in fine cañ. illo. Quicūq̧ sangui
nem sponte mingūt. Idem vult rasis in suo cōti
nente. idē viaticus cum geraldo. Siliter exit san
guis ab eis aliqñ quādo vlceráṭ a sanie vl' a ma
teria alia acuta vl' ex lapide trāsiente in sui expul
siōe tunc exit sanguis per viam resudatōis ⁊ in
modica quātitate cum querela in parte illa. Et si
sit vlceratio in renibus tunc exit vrina cum gra-
nulis carnosis vt dicit gal. in illo caplo 2°. Silr
exit sanguis ab illis venis qñ capita seu oꝛificia
illarū dilatanṭ seu aperiunṭ a materia acuta cole
rica vl' salsa quod est vt plurimū abūdāte in illis
venis maxime si cōmota fuerit vt dicit gal. ibidē
Idem dicit rasis in suo cōtinēte. idē dicit Auicē.
3°. cañ. fen. xix. in ca°. vltimo. idē dicit viaticus cū
geraldo. ⁊ hoc videmꝰ de facto in plꝰibus nefreti
cis ⁊ in alijs repletis in partibus illis si laboꝛēt
vl' equitēt statim mingūt vrinā sanguinolentaꝫ.
eis quiescētibus statim cessat talis mictura san
guinis. ¶ Dico ꝙ tertio exit sanguis cum vrina
a renibus quādo cōtētiua eoꝛum deficit ⁊ ꝑ con
sequēs digestiua. quod nō retineṭ nec sequestra
tur ꝓ eoꝛum nutritione. Illa vnctuositas sangui
nis vt dicit rasis in suo ꝯtinente in caplo de pas
sionibꝰ renū ⁊ vesice in ꝑncipio capli. Idē dicit
auic̄. 3°. cañ. fen. xix. caplo vltimo. Idē dicit Gal.
6°. de interioꝛibus in caplo 2°. circa mediū capli
vbi dicit ꝙ hoc cōtingit in vna specie dyabetice
passiōis tunc exit sanguis eruginosus ad modū
loture carnis silis egestiōi epatice in secūda spe
cie dissinterie in sui ꝑncipio lꝫ magis trahat ad
ruboꝛem q̄ illa egestio vt dicit Gal. ibidē. ¶ Di
co quarto ꝙ exit sanguis cum vrina de venis ꝑ
quas excolaṭ aquositas a vena cōcaua. ad ipos
renes ⁊ a venis que sunt inṫ epar ⁊ renes. Si rū
pātur ex casu vl' percussiōe vl' ex plectoꝛia vl' als
vt dicit auic̄. 3°. cañ. in fen. xix. in caplo vltimo. itē
expꝛesse ponit viaticꝰ cum geraldo. vel exit quā-
do capita venarū per quas aquositas excolatur
a vena cōcaua ad dictos renes nimis dilatantur
⁊ larga fiunt a caloꝛe renū excedēti. ꝓpter quod
renes aperiūt illa capita ⁊ vltra debitum attra-
hunt de illa vnctuositate cum aquositate quam
retinere nec sequestrare possunt. quia debilis in
contētiua. ideo mingunt sanguinē vt cōtingit in
quadā specie dyabetice passiōis vt dicit. 6°. de in
terioꝛibus. in caplo. 2°. circa medium capli. Idē
vult rasis in suo cōtinēte in ꝑncipio capituli de
passionibus renū ⁊ vesice; que species dyabetice

rarissime contingit nec Gal. vidit eam tempore suo nisi bis vt recitat ibidem. ¶ Dico quinto quod exit sanguis cum vrina a gibbo epatis dicit rasis in suo continente in caplo de passionibus renum et vesice in principio capli. idem dicit auic. tertio can. fen. xix. in caplo vltimo. idem dicit Gal. in sexto de interioribus. in caplo. secundo. quando contentiua eius deficit et per consequens digestiua. propter quod exit sicut lotura carnis. sicut egeritur per intestina modo simili in secunda specie dissinterie quando contentiua deficit in concauo epatis vt declaratur ibidem in locis dictis et deficit contentiua eius quia vie gibbi seu eius vene sunt nimis dilatate et aperte a calore epatis multum excedenti vt fit pluries in ydropisi de calidis. vel in paratis ad hoc. nam sanguis generatus in concauo epatis veniens ad venas gibbi adhuc fermentatur et decoquitur et depuratur.. Consequenter post hoc ras mundatur ab aquositate qua non indiget pro eius transitu ad venas et dicta aquositas sequestratur a sanguine in vena qui descendit ad ipsos renes et fert secum sanguinem ad renes nutriendos qui sua qualitate et quantitate bonus existit vt dicit auicenna can. primo doct. de humoribus in caplo 2°. Verum aliquando ex abundantia eius venit plus ad ipsos renes de bono sanguine quam ipsi indigeant. Auicen. in tertio canone. fen. xix. in caplo vltimo. propter quod vrine sunt rubicunde. nec ibi contentiua epatis deficit nec eius digestiua. sed si vene ille sint nimis late et aperte puta in quibus sanguis fermentatur et sequestratur ab ipsa aquositate ratione caliditatis epatis multum excedentis et dilatantis et aperientis: tunc talis aquositas non bene sequestratur et fluit cum magna portione sanguinis non perfecte cocti nec depurati ad ipsos renes: quam renes desinunt abire grauati ab ipsa. quia est eis innaturalis. ideo veniens ad vesicam expellitur et mingitur sanguis. Sanies autem que mingitur cum vrina quandoque venit ab vlcere vesice quandoque ab ipsis renibus vel a partibus vicinis vt dicit ypo. quarto amphorismorum canone illo. ¶ Si sanguinem aut pus mingant. Idem dicit de vesica in canone quodam sequenti. Si sanguinem et pus mingant. Quandoque veniunt a venis totius corporis per viam mundificationis, sexto de interioribus in capitulo tertio. quia sicut est de ventre ita est de vesica. ita est de ventre. fordicies venarum purgatur interdum per ventrem. ita ergo erit quod purgabitur per vesicam. Ratio est Gal. in textu. Quandoque talis sanies que mingitur cum vrina venit a concauo pectoris vel a membris circumuicinis. sexto de interioribus. in capitulo illo tertio. Istud tamen raro fit vt dicit ibidem propter compositionem corporis que rarissime contingit.

Notum est ex declaratis quod particula principaliter patiens in mictu sanguinis cum vrina est aliquando vesica. aliquando vene illarum partium. aliquando ipsi renes. aliquando vene assistentes. aliquando vene. aliquando gibbus epatis. Verum concaue in plurimis harum causarum renes et vesica compatiuntur. sexto de interioribus in caplo secundo. Et est notum quod passiones iste sunt per colligantiam in se autem est accidens morbi dictum exiens a corpore mutatum pro morbo descripto est morbus officialis in figura. Quando est ex vlcere quia est ibi deperditio substantie membri. interdum est communis quando exit ex ruptura. interdum est officialis in via quando exit ex apertione orificiorum vene seu ex apertione capitis earum. tertio de morbo in caplo quinto. quia tunc vie dilatantur vltra debitum et non soluuntur in continuo prout credunt debiles in arte. Et pro morbo descripto est nocumentum regitiue naturalis digestiue et expulsiue membri et partium mandantium materias illas pro illo exeunte nocumentum contentiue illius membri a quo exit. Consequenter vesice et aliorum membrorum vicinorum. et est nocumentum actiue seu passiue in regitiuis naturalibus illius membri principaliter a quo exit. Consequenter in alijs membris vicinis. quia illis infert nocumentum per prius et posterius. Sanies est passio membri a quo principaliter exit. et est per colligantiam et est morbus in receptaculo. et est nocumentum digestiue membri et passio regitiuarum naturalium aliorum.

Istis clarificatis Cura mictus sanguinis et saniei tibi patescit. Prius autem quam in cura procedas scire et considerare oportet locum et particulam a qua procedit talis mictus sanguis et saniei. quia in hoc cura diuersificatur.

Si quis ergo mictum sanguinis habuerit cum ipsa vrina ex ipsa vesica. quia vlcerata et eius vene aperte et corrose. quod patescit. quia sanguis exit in modica quantitate. quia tres vel quattuor gutte et male permixte cum vrina. quia vitiantur

exitui cum sanie fetida ꝛ dolore in pectine ꝛ i virga specialit̃ in emittendo vrinam fiat cura vlceris prout diximus in capitulo ardoris vrine cum vlcere vesice.

Et siquis mictum sanguinis habuerit cum vrina ex ruptura alicuius vene in renibus vel circa. quod patescit. quia satis clarus plurim⁹ ꝛ subito exiēs cum ardore ꝛ grauitate aliquali in partibus illis. ꝛ fuit casus vel percussio vl' saltus cum plectoria magna. flobothometur statim de epatica ꝛ in bona quātitate. Et vtatur carnibus coctis cū sumach ꝛ risi lentibus amido symila frumēti extremitatibus porci piris sorbis nespulis coctanis. sirupo de ribes rob de citonijs iulep rosato vino grosso cum multa aqua de sumach vitādo species allia cepas mostardam ꝛ oīa acuta ꝛ salsa. Et vtatur sero ꝛ mane trociscis de cacabre cum aqua decoctōis sumach. Uel istis. ℞. aluminis scissi. ʒ.i. ß. dragaganti. ʒ. tres. gūmi. ʒ. ß. fiāt trocisci ponderātes. ʒ. vnam vl' circa. Dentur vt dcm̄ est: si non potest potare dentur in forma pillari fiat sibi emplastrum de succo burse pastoris cum bolo armeno.

Et siquis mictum sanguinis habuerit ex corrosiōe venarum renum vl' partium vicinarum. quod patescit quia est in modica quantitate ꝛ presentit dolor ꝛ sanies renum. Curetur prout dicetur in cura saniei renum.

Et siquis mictum sanguis habuerit ex apertōne ꝛ dilatatōne orificiorum venarum renū vl' illarū partiū ex materia acuta colerica vl' salsa. quod est vt plurimū abundās in illis venis cōmota pungens ꝛ aperiens ꝑut cōtingit tota die pluribus nefreticis ꝛ calculosis quādo equitāt vl' fortiter laborānt. quod patescit quia ibi non est dolor cum ibi non sit solutio cōtinui sed viarum seu orificiorum dilatatio. Et ipsis quiescētib⁹ statim cessat ille mictus: quod non fieret si exiret ex ruptura. verum in pluribus horum cōmuniter cadit aliquid de feculētia in cōcauo renum perviam resudatōnis per capita illarū venarū que est cā generatōnis lapidis ꝛ arenularū in ipis. ¶ Aduertēdum tamen si talis mictus veniat per viam crisis vl' mūdificatōnis ꝑut fit in quibusdam grauatis in anchis ꝛ in partibus inferiorib⁹. q: natura illas aperit ꝑut in emorroydibus: quod cognoscitur ex alleuiatōne subsequēte in tali cā. sufficiat dieta dicta ne fiat excessus vt carnes cocte cū sumach ꝛ risi lentes ꝛ alia dicta in cura mictus ex ruptura [illegible]ne. Si non veniat perviam crisis vl' excedat vl' veniat ex abundātia materie. flobothometur de epatica in bona quantitate reiterando si necesse fuerit de parte opposita. Et sumat de trociscis dictis de kacabre vl' alijs ꝛ teneat regimē extenuatiuum de illis que dicta sunt. Sit cōtentus vno ferculo in prandio. Cena sua sit modica. Iste casus magis contingit plectoricis ꝛ vinētibus in crapula vt sunt ecclesiastici. Inungatur in renibus sic. ℞. olei rof. vnfancini. ℞. ß. olei mirtillorum quart. vnū. boli armeni. ʒ. vnam. mirtillorū ʒ. ß. gallorum. corticis thuris ana. ʒ. duas. acacie ʒ. duas. ypoq̄stidos. ʒ. vnā. coralli rubei. ʒ. ß. cere modicum. fiat vnguētum liquidum.

Et siquis mictum sanguis cum vrina habuerit a renibus puta ꝑpter debilem ɔtētiuam eorum. quod patescit q: mingit sanguinem ad modum loture carnis et est per vices multiplicata in magna quantitate. q: iste casus ɔtingit in vna specie dyabetice passionis. vt dicit gal'. vi. de interiorib⁹ in caplo 2°. circa mediū capituli. nam cōtētiua eorum debilitatur a calore renum excedēti dilatāte vias eorum ꝛ attrahēte aquositatē in excessu ꝑpter quod est multa vrina. quod patescit q: cōcomitatur sitis fortis cum calore in anchis vt declarabitur i capitulo sequenti vbi ex intento loquemur de dyabetica ꝛ eius speciebus.

Et siquis mictum sanguis habuerit quia ora venarū per quas excolatur aquositas sanguis a vena cōcaua ad ipsos renes minus dilatātur ꝛ aperiūtur a mala cōplexione calida ꝛ ignea ipsorum ꝑpter quod attrahunt de illa aquositate sanguis cū maiori q̄titate sanguis quam retinere per tempus debitum non possunt. q: cōtētiua earum deficit ex eadem causa aperiēte ꝛ dilatāte vias eorum. Qui casus cōtingit in vna simulit̃ specie dyabetice puta in peiori q̄ gal'. nō vidit tempore suo nisi bis vt ad litterā ponit. 6°. de interiorib⁹ in caplo 2°. circa medium capituli. In ista specie est silr̃ multa vrina ex eadem causa quod patescit q: habēt sitim intollerabilem ꝑpter quod caliditatē igneam sugentem partē post partē. ꝑpter quod vocatur siticulosa passio a quibusdam. a quibusdam lyēteria quia attrahitur aquositas que bibitur i momento sine digestione. ꝛ illa nec aquositas sanguinis que cum violentia attrahuntur non retinentur in aliquo in cōcauo renum. ideo vrina est multa ꝛ frequēs ꝑpter illam apertionē ꝛ dilata-

tionem cõcauitatum excessiuam eorum. ꝓpter quod quia exit sic. Quidam antiquorum dixerũt istam speciem dyabetice passiõis aliquãdo lienteriam vt recitat Gal. in loco statim dicto. nã iste due species dyabetice non differunt nisi per magis intẽsum. nam calor renum est magis intẽsus ⁊ igneus in ista specie statim dicta. Propter qđ isti duo casus in quibus mingitur sanguis cũ vrina ad modum loture carnis ſm plus ⁊ minus curãtur vno modo quasi. verum magis infrigidãtia interius ⁊ exterius debent in ista specie applicari. Isti tales vtantur lactucis coctis ⁊ crudis cum aceto. odorẽt camphoram: folia salicũ: mirtam: nenufar ⁊ silia. Potẽt sirupum de ribes et rob de citonijs cum aqua frigida vel cum aqua sumach. sumat de spodio pulуerizato cum aqua decoctõnis sumach. vel sumat trociscos de spodio. ℞. spodij. ʒ. quinqꝫ. rosarũ rubearũ. ʒ. ß. semis lactuce acetose. ana. ʒ. tres. semis portulace. granorum coriandri infusorũ in aceto ⁊ torrefactorum medulle sumach añ. ʒ. vnam. balaustiarum berberis. ana. ʒ. vnã. gũmi arabici assi. ʒ. ß. fiant trocisci cum succo agreste vel cum rob de citonijs. detur cum aqua sumach vel in forma pillulari. capiat sero ⁊ mane quinqꝫ. sex. vel septẽ pillulas. Vel fiant pillule de spodio in duab⁹ partibus ⁊ in tertia parte de berberis ⁊ administrent̃ sero ⁊ mane in quãtitate vni⁹. ʒ. Vel sic. ℞. spodij. ʒ. ß. berberis ʒ. tres. seminis lactuce. ʒ. quinqꝫ fiãt trocisci vel pillule cum rob de citonijs admĩistrentur cum aqua decoctõnis sumach vel mirtillorũ. Aliqui dant de mane vitellum oui cum semie lactuce pulуerizate ⁊ bene intẽtio debet esse in infrigidãdo ipsos renes ⁊ in cõfortando contẽtiuam eorum. Vel fiant isti trocisci de spodio. ℞. spodij succi liqricie añ. ʒ. ß. semis lactuce. ʒ. vnã. semis portulace. ʒ. v. coriãdri preparati acacie gũmi sandal. rubei. lentiũ excorticatarum balaustiarũ boli armeni. añ. ʒ vnã. camphore. ʒ. ß. fiant trocisci ponderantes. ʒ. vnã. dentur cum aqua rob. vel dẽtur in forma pillularũ. ab extra emplastrẽtur renes cum portulaca sẽperuiua ⁊ solatro. Et ingrediat̃ ter vel quater in die aquam frigidam per modicam pausã. post sunt inungi renes cum muscilagine psilij. Vel sic ℞. semis psilij. m. duos. conquassentur ⁊ addat̃ sandalorum subtiliter pulуerizatorum. ʒ. vnam. distemperetur cum aqua rob. ⁊ modico aceti. fiat emplastrũ supra renes. Potest etiam vti vnguento dicto in mictu sanguis cum vrina ex apertura vene addẽdo maiorem dosim in acassia ⁊ ypoquistidos. añ. ʒ. tres. muscillaginis psilij. ʒ. ß opij. ʒ. vnã. fiat vnguẽtũ cum alijs.

Et siquis mictum sanguis cũm vrina habuerit ex debili contentiua ipsius gibbi epatis rõne caliditatis excedentis dilatantis vias ⁊ aperiẽtis. quod patescit: qr sitit aliqualiter cum dolore ⁊ grauitate dextri ypocundrij. ⁊ incurrit ydropisim de calida firmam vel incipientem ⁊ mingit vrinam in modica q̃ntitate quia attractiua non excedit. ⁊ licꝫ capita venarum gibbi sint aperta alique vie gibbi sunt opilate. ideo est in modica quantitate. Et quia nõ retinetur per tempus bone digestionis ⁊ sequestratõnis in gibbo vadit illa aquositas cum portione sanguinis ad renes quam renes non retinent nec sequestrant quia grauati a quanto ⁊ q̃li innaturali desinunt ipsam abire ad vesicam ⁊ inde mingitur in modica quantitate ⁊ qualitate dicta. Curetur vt ydropisis de calida vt superi⁹ est dictum. Inter cetera valet sibi endiuia nouella non lota ꝙ sumant sine pane ⁊ cum aceto quocunqꝫ mane per quindecim dies ⁊ vltra. iij. bolos bene masticando. hoc videmus de facto ⁊ ratio dictat. quia frigida ⁊ sicca. Silr̃ valet rasura eboris cum spodio bene pulуerizatis. det̃ vnum coclear vel circa cum aqua endiuie vel plãtaginis vel portulace ⁊ fiant illa que dicta sũt superi⁹ in cura ydropisis de calida. Et ista tibi sufficiant in cura mictus sanguinis si veniat cum ipsa vrina.

Et siquis mictum saniei cum vrina habuerit ex sanie veniẽte a vesica vlcerata. quod patescit qr exit satis alba ⁊ fetida ⁊ in modica quantitate ⁊ cum dolore in pectine ⁊ in virga ꝓpter colligantiam vt est superius dictum. ¶ Vel si quis mictũ saniei habuerit cum vrina ex vlceribus renum vel partiũ vicinarum. quod patescit ex querela ipsorum renum in grauitate ⁊ dolore cum siti ⁊ calore aliquali in anchis ¶ Curentur isti cum illis que dicta sunt in cura ardoris cum vlcere in collo vesice. ⁊ cum illis que dicta sunt in stranguria vrine ex vlcere vesice. Specialiter cum potu lactis asine vel capre continuando de mane per plures dies per se vel cum modico zuccari vt vlcus magis abstergatur. ⁊ per consequens consolidetur. cum modico gũmi vt magis consolidetur. Verba sunt rasis in suo continente. ⁊ cum potu per interualla seri caprini de mane loco lactis. quia lauat ⁊ mundificat loca illa ⁊ corrigit acuitatem materie ⁊ declinat colerã ad intestina. trociscis de alkekengi cum sirupo rob. quia multum con

solidant illa vlcera. Et vtatur de bolo armeno in puluere cum modico lactis vel cuz modico aque rosacee vel plantaginis. Rasis laudat similiter istos trociscos. ℞. boli armeni. sanguinis draconis. aqtie karabe. corticis thuris. seminis melonum mund. a cortice. gũmi dragaganti. amidi. rosarũ. ana. ʒ. tres. fiant trocisci ponderantes. ʒ. vnam vl' circa. dentur cum aqua plantaginis vel dentur in forma pillari de mane ⁊ ante cenam. sumat quinqꝫ vl' sex pillulas. balneet anchas suas in decoctõne seminis fenugreci ⁊ seminis lini. ⁊ inungat anchas cum isto vnguẽto. ℞. butyri cocti. ℥. duas. storacis liquide. ysopi humide. ana. ℥. ß. axungie anceris. ℥. vnam. ⁊ ß. incorporent in modum vnguenti ⁊ dupletur recepta. ¶ Si constipatus fuerit clisterizetur cum aqua ordei in duabus partibus ⁊ in tertia parte lactis ouium vl' vaccarũ cum. ℥. vna butyri ⁊ cum. ʒ. ß. opij. ad sedandum dolorem. ¶ Aduertẽdum super opioqꝫ modicum ponas in clisteribus ⁊ in suppositorijs qꝛ statim generat stuporem ⁊ somnũ innaturalẽ ex quibus periclitant.

Et si quis mictum saniei cuz vrina habuerit ex sanie veniente a venis magnis vel alijs totius corporis. vt ponit Gal. 6°. de interioribus in caplo tertio. quod patescit quia est in magna quantitate cum constipatione ventris ⁊ quadam grauitate totius corporis non curetur in pmis diebus quia venit per viam mundificatõnis vt ponit Gal. ibidem. post quosdam dies balneetur in aqua tepida ⁊ stuphet' prius modicum in stupha simplici. ⁊ flobothometur de mediana vena si venosus fuerit. ⁊ stupha simplex ⁊ balneum aque tepide reiterentur per interualla. ⁊ qꝛ tales sunt cõmuniter constipati prius sumant de medulla cassief. ℥. duas. cũ decoctõne caricarũ vuarum passarũ mundatarum ab arillis iuiube sebesten ⁊ prunorum prout tibi pluries posui superius. ⁊ sumat in aurora ⁊ quiescat in lecto sine somno per duas aut. iij. horas.

Et si quis mictum saniei cuz vrina habuerit ex sanie veniẽte a cõcauo pectoris vel partium vicinarum. sed hoc raro contingit vt dicit Gal. vi°. de interioribus in caplo tertio in fine capituli. quod patescit ex sputo sanioso ⁊ querela illarum partium. talis non debet curari: qꝛ fit per viam mundificatõnis illarum partium. imo natura debet iuuari cum mellicrato de radice acori. enule campane. liquiritie. Et cum ysopo capilli veneris. ex istis fiat mellicratum clarificatum cum quart. vno mellis despumati de quo sumat sero ⁊ mane vnum vitruz tepidum sine alia mixtura. Ista tibi sufficiant p cura mictus saniei cum vrina a quocũqꝫ loco veniat ⁊ terminetur cura.

¶ Capitulum. 19m. de his qui non possunt retinere vrinam.

